AUTHOR:

BERCKMANN, FRIEDRICH

TITLE:

DE SCHOLIIS IN APOLLONII ...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1894

Master Negative #

91-80298-15

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ap7
DB

Berckmann, Friedrich, 1870-

De scholiis in Apollonii Rhodii Argonavtica etymologici magni fonte. Dissertatio philologica qvam ... pvblice defendet scriptor Fridericvs Berckmann ... Bonnae, typis Caroli Georgi, 1894.

42 p. 21½ cm.

Thesis. Bonn.

34749

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 10-31-91 INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE SCHOLIIS
IN APOLLONII RHODII ARGONAVTICA
ETYMOLOGICI MAGNI FONTE

DISSERTATIO PHILOLOGICA QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE V MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXXXXIV HORA XI PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

FRIDERICVS BERCKMANN
FRANCOFVRTENSIS

ADVERSARII ERVNT

IOHANNES KLASEN, CAND. PHIL.
IOSEPHVS ARNS, DR. PHIL.
IOHANNES GEISENHEIMER, STVD. CHEM.

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCLXXXXIV

MATRI PATRISQVE MEMORIAE

S.

Scholia in Apollonii Rhodii Argonautica, doctissima fere et locupletissima, quae aetatem tulere, ab Etymologici Magni auctore ad copias suas amplificandas in usum esse vocata inter homines doctos iamdudum constat. Non semel dictum est, ex hoc fonte scholia ipsa emendari posse, singula quoque in adnotationibus ad Et. M. et ad scholia Apolloniana a Keilio edita collata sunt, sed accuratius nemo adhuc in hanc rem quaesivit; excipiendus fortasse est solus Merkelius, qui in Prolegomenis ad Apollonii Rhodii Argonautica p. LX sqq. continua oratione de hac re egit. Sed hic quoque satis habuit magnum numerum locorum inter scholia et Et. M. consentientium composuisse; qui vero fructus inde capi possit quaeque ratio sit inter scholia et Et. M., quaerere illo quidem loco non in animo habebat, quoniam longe hoc aberat ab iis, quae sibi proposuerat in Prolegomenis tractanda. Cumque tam breviter de re egerit, mirum non erit, quod nonnulla ex iis, quae profert, non satis perspicua, nonnulla a veritate aliena videntur. Quibus causis commotus cum haec tractanda susciperem, non me fugit difficultates haud parvas officere. Primum lexicon illud, cui nos tribuere solemus nomen Etymologici Magni, non est verum ἐτυμολογικὸν μέγα, immo compositum est ex vero Etymologico Magno partim aliis ex fontibus aucto partim etiam in brevius redacto. Verum autem ἐτυμολογικὸν μέγα adhuc duobus codicibus superesse docuit Reitzensteinus in Philologi vol. 48 (1889) p. 450 sq.; quorum codicum unius, Florentini, specimen editum est a Millero in Mélanges de littérature Grecque, alter, Vaticanus, Florentino locupletior et emendatior, adhuc ineditus a Reitzensteino ipso in lucem emittetur. Quoniam autem verum Et. M. paene solum ad nostram rem pertinere postea videbimus, hac re opus aliquanto difficilius factum est; sed collatis Gaisfordi Etymologico Magno et Milleri editione quamvis tenui et indiligenti de veri Etymologici Magni specie aliquo modo satis videtur iudicari

posse. Alia et ea quidem maior difficultas est diiudicandi, utrum quae in Etymologico Magno plura leguntur quam in scholiis, haec ex ipsis scholiis hausta sint an aliis ex fontibus; quod iudicium eo magis impeditur, quod auctorem Et. M. in exscribendis scholiis non qua vellemus diligentia egisse infra docebimus.

Nunc si rem propositam aggredimur, primum dicendum videtur, quo modo scholia Apolloniana in Etymologicum Magnum pervenerint, deinde quae ratio intercedat inter scholia Apolloniana in Et. M. excerpta et ea, quae nobis traduntur, et qui fructus inde defluat in scholia nobis servata.

I.

Quoniam, ut diximus, inter omnes constat scholia Appolloniana Etymologico Magno inserta esse, non opus erit hoc exemplis demonstrare, praesertim cum tota haec disputatio eius rei documentum futura sit. Magnus est numerus locorum, ubi in Et. M. Gaisf. Apollonii carmen laudatur, maior etiam fit ex Milleri copiis Florentinis; et hinc, quamquam minori tantum horum locorum parti scholia subesse propius spectanti mox elucebit, exordiendum erit quaerentibus de scholiorum in Et. M. usu. Sunt quoque loci, qui etsi Apollonii nomen adhuc nondum prodiit, tamen quin ex scholiis sumpti sint dubium esse nequeat.

Locorum nunc copiam perlustrantibus prima exsistit quaestio, qua via scholia Apolloniana in Et. M. pervenerint, solusne auctor huius lexici iis sit usus an aliis ex fontibus ille traduxerit an denique alia scholia aliam originem habere putemus. Et hic quidem nobis subvenit ipsum Et. M., ubi persaepe in fine lemmatis auctoris nomen addi gaudemus. Confer quaeso:

Et. M. 2, 11 v. Ἀβαρνίδα· Οἷον „Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καὶ Ἀβαρνίδα ἠμαθόεσσαν.“ Περκώτη δέ ἐστι πόλις Τροίας, Ἀβαρνὶς δὲ πόλις Λαμψάκου. Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ· ἀναχωρήσαντος δὲ τούτου εἰς τὴν Μηδικὴν ἐγαμήθη Ἀδώνιδι. Ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ἀπήντησεν αὐτῷ. Ἠιδεῖτο δὲ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ διὰ τὸ γεγαμῆσθαι. εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα τὸ ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον ἐβούλετο ἀνελεῖν. Ἡ δὲ Ἥρα ζηλοτυπήσασα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς καὶ ἐποίησεν αὐτὴν τεκεῖν παῖδα, ὃν Πρίηπον

ὀνομασθῆναί φασιν, ἄσχημον καὶ βαθυαιδοῖον· καὶ τοῦτον ἀπαρνήσασθαι τὴν Ἀφροδίτην· καὶ ἀπὸ τούτου Ἀπαρνίδα κληθῆναι, κατὰ δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ στοιχείου Ἀβαρνίδα. Οὕτως Ὦρος ὁ Μιλήσιος ἐτυμολόγος. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβαρναῖος καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀβαρναίη:

Schol. Ap. I 932 Ἀβαρνίδος: ἡ Ἀβαρνὶς πόλις τῆς Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ αἰτίας τοιαύτης· Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, καὶ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐμίγη τῷ Ἀδώνιδι. Ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος στέφανον ποιήσασα ὑπήντησεν αὐτῷ, καὶ στέψασα αὐτὸν ἀκολουθῆσαι μὲν ᾐδεῖτο διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι, εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα τὸ ἐξ αὐτῆς κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν. Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς καὶ ἐποίησε τεκεῖν ἄμορφον, ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι ἐκ τοῦ .... ἀπαρνήσασθαι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ διὰ τοῦτο Ἀπαρνίδα κληθῆναι· ὕστερον δὲ κατὰ μετάθεσιν τοῦ στοιχείου ἐκλήθη Ἀβαρνίς· Περκώτη δὲ πόλις Τροίας, ἣν καὶ Ὅμηρός φησιν.

Et. M. 28, 24 v. Αἰγαί. Αἰγαὶ τῆς Εὐβοίας νῆσος δυσχείμερος· ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον ἐκλήθη. οἱ δὲ, ἀπὸ Ποσειδῶνος οὕτως ὠνομάσθη, οὕτως γὰρ λέγεται ὁ θεός. οἱ δὲ ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ πατρὸς Θησέως, κατακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν. οὐ⟨κ εὖ·⟩ πολὺ γὰρ ἀπέχει ἡ ἀκρόπολις τῆς θάλασσης περιπλέοντι τὴν νῆσον. οὕτως Ὦρος (sic add. Mill. p. 13):

Schol. Ap. I 831. Αἰγαίης: τὸ Αἰγαῖον πέλαγός φησιν. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. Ὅμηρος „οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγάς“. αὕτη γὰρ ἱερὰ Ποσειδῶνος, ἐν ᾗ μηδένα κοιμᾶσθαι λόγος διὰ τὰ φαντάσματα τοῦ θεοῦ, ὥς φησι Νικοκράτης. οἱ δὲ ἀπὸ Ποσειδῶνος ὀνομασθῆναί φασι τὸ πέλαγος· Αἰγαῖος γὰρ οὗτος λέγεται ὁ θεός, ὥς φησι Φερεκύδης. Νικοκράτης δέ φησιν ὅτι ἀπὸ Αἰγέως κατακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν. οὐκ εὖ· πολὺ γὰρ ἀπέχει ἡ ἀκρόπολις τῆς θαλάσσης παραπλέοντι.

Et. M. 587, 46 v. Μίλητος πόλις· ὅθεν καὶ Μιλήσιοι· ἀπὸ Μιλήτου υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρίας ⟨τῆς Κλεόχου. Ὦρος; sic add. Mill. p. 217⟩:

Schol. Ap. I 185 (p. 314, 31 Keil). οἱ δέ φασιν αὐτὸν (sc. Μίλητον) Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρείας τῆς Κλεόχου.

Hos locos, quamquam ad verbum fere cum scholiis consentiunt, tamen non ex scholiis ipsis, sed aliunde sumptos esse testatur ipsum Et. M. adiecto illo οὕτως Ὧρος. Ritschl, qui hunc Orum ab oblivione vindicavit in commentatione de Oro et Orione (vide opuscula eius vol. I p. 582 sqq.), nondum cognoverat, quomodo Orus et scholia in Apollonium cohaereant, cum dicit l. l. p. 642: „'Αβαρνίς Et. M. 2, 4 de quo notata Orus aut debuit aut praebuit scholiastae in Ap. Rh. I v. 932". Inter quos quae sit ratio, primus intellexit Lentzius in Herodiano I p. CCXXIII, qui vidit Orum hausisse ex scholiis Apollonianis ipsumque rursus fluxisse in Steph. Byz. lexicon [1]; cuius conexus testimonium exstat gravissimum, quod cum e nostra quoque re sit hic inserimus. Legitur in Steph. Byz. v. Ἄβαρνος (p. 4, 15 Mein.): Ἀπολλώνιος „Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν ἠιόνα". τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον ἀπαρνήσασθαι καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλέσαι, ἣ κατὰ παραφθορὰν καὶ Ἀβαρνὶς καλεῖται. Habemus igitur breve excerptum ex Ori commentatione, quem nondum his nostris in Apollonium scholiis, sed Sophoclis in eum commentario usum esse hic docemur. Et si nunc denuo plenam Ori commentationem in Et. M. prolatam cum scholio nostro comparabimus, mirabimur, quod hi loci, cum inde a tertio p. Chr. saeculo plane disiuncti fuerint, adeo consentiunt, et gaudebimus tam integrum hic Sophoclis commentarium nobis esse traditum, nostroque iure sperabimus aliis quoque locis multis rem similiter se habere, quae suspicio confirmatur secundo loco, quem supra protulimus (cf. p. 7). Verisimile est illos tres locos non solos ex Oro originem ducere, sed alios quoque huic grammatico deberi, quos nunc testimonii inopia ipsi etymologo tribuere cogimur.

Et Lucilli in Apollonium commentarium in Et. M. fontibus in usum venisse videmus ex Et. M. 139, 5 v. ἀρείων. Ὁ βελτίων· ⟨Mill. p. 41 add.: Ὅμηρος „πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀρείων" (Il. O 641)⟩ παρὰ τὸ ἄρης, ἵν' ᾖ κυρίως ὁ κατὰ πόλεμον καλλίων. Οὕτω Ταῤῥαῖος ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖς. Videtur

---

[1] Exiguus est fructus, qui ex Stephani Byz. cum scholiis in Ap. Rh. comparatione percipi potest, propterea quod Steph. Byz. lexicon nimis est decurtatum. Nonnulla de hac re invenies Mus. Rhen. vol. I p. 360 in commentatione, qua Bergkius Sophoclis grammatici memoriam redintegravit.

hoc, ut Merkelius Proll. p. LXI animadvertit, scholion fuisse ad Ap. Rh. v. II 77, ubi hodie nihil eiusmodi in scholiis exstat. Hic unus est locus, ubi in Gaisf. Et. M. Lucilli commentarii mentio fit. Sed ut Reitzensteinus docet (cf. Wilamowitz in Herculis vol. I p. 186) complures loci in vero Et. M. inveniuntur, ubi Lucillus nominatur. Qua autem via hic in Et. M. pervenerit, adhuc intellegi nequit; possunt, quoniam suspicio est post Sophoclis opus, qui Lucilli quoque commentarium in suum partim videtur recepisse (cf. Wilam. Hercul. I p. 186), brevi hunc oblivione esse obrutum, hae observationes Lucilli nomen tradentes ex antiquissimo fonte originem ducere, possunt autem ex Sophoclis quoque commentario petitae esse.

Sed non solum Ori et Lucilli, verum etiam aliorum grammaticorum in Apollonium animadversiones in Et. M. servatae sunt, quae tamen non ex commentariis illorum, sed ex scriptis grammaticis haustae sunt; quarum observationum eas, quae aliquo modo ad scholia nostra spectare videntur, hic adfero. In Et. M. 73, 56 v. Ἅλωα quae commentatio ad verbum petita est ex Choerobosci dictatis p. 256, 1—16 Gaisf. (idem praebet Cram. An. Ox. II p. 375, 19 in commentatione, quae inscribitur: Ἐπιμερισμοὶ κατὰ στοιχεῖον), postquam explicatum est barytona in -ως terminantia, quae brevem haberent paenultimam, genetivum in -τος formare, quae vero longam haberent paenultimam, in -ος, haec leguntur: καὶ πῶς τὸ κάλως, ὃ σημαίνει τὸ σχοινίον, βαρύτονον ὂν καὶ βραχείᾳ παραληγόμενον, οὐ κλίνεται διὰ τοῦ -τος, ἀλλὰ διὰ καθαροῦ τοῦ -ος, ὡς μαρτυρεῖ Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικὰ εἰπὼν „κάλωες". Οὐ γὰρ δυνάμεθα εἰπεῖν, ὅτι Ἀττικὴ ἐστιν ἡ κλίσις. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι κατὰ ἀποβολὴν τοῦ σ κλίνουσιν· οἷον ὁ κάλως τοῦ κάλω. Quodsi nunc scholia Apolloniana evolvemus, inveniemus ad I 566: κάλωας ἀπ' εὐθείας τῆς κάλως κατὰ Ἀττικούς. Plane igitur contrarium hic dicitur. Apparet grammaticum aliquem in scholii doctrina offendisse, quem non Choeroboscum ipsum, sed Herodianum fuisse veri simillimum est; hunc enim Apollonii poema diligenter tractavisse vel ex Lentzii indice cognosces. Alius locus, qui non in vero Et. M. invenitur, sed in eo, quod dicitur ἄλλο, exstat in adnot. ad Gaisf. Et. M. 777, 40 (ex cod. Sorbonico) et in Et. Gud. 542, 2: Ὑπάτη ἡ ἀνωτάτη, sequitur veriloquium, deinde: σημαίνει δὲ καὶ τὸ κατώτατον ὥσπερ Ἀπολλώνιος „αὖταρ ὁ τοῖσι μάλα μόγις ἐξ ὑπάτοιο στήθεος ἀμπνεύσας" ἀντὶ τοῦ ἐκ βαθυτάτου καὶ κατω-

τάτου στήθους. Nunc confer schol. in illum Ap. versum (II 207): ἐξ ὑπάτοιο στήθεος: οἷον ἐξ ἄκρου, καὶ οὐκ ἐκ βάθους, διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀναπνεῖν τε καὶ λαλεῖν οὐ δυνάμενος. Illud Et. Gud. lemma sumptum esse elucet ex scholio in Apollonium, quod eam ipsam habebat interpretationem, quam nostrum scholion ut falsam refutat. Fortasse non temere sententiam in scholiis probatam Sophocli, repudiatam sive Lucillo sive Pacato commentatori tribueris, quorum priorem a Sophocle confutari vides in schol. I 1083, alterum in schol. II 127 et II 992. Praeterea huc referendum videtur Et. M. 248, 51 v. δάσκιος· ὁ μεγαλόσκιος· οὐκ ἀπὸ τοῦ δασύσκιος κατὰ συγκοπήν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δα ἐπιτατικοῦ· οἷον „δάσκιον εἰσελάσαντες ἕλος", σύνδενδρον; quocum confer scholion ad hunc Apollonii versum (II 1283): δάσκιον κατὰ συγκοπὴν τὸ δασύσκιον. Suntque plures loci, ubi grammaticorum in Apollonium operam testatur Et. M., quorum hic ratio habenda non est, quoniam a scholiis aliena sunt.

His capitibus ex scholiis Apollonianis sumptis auctor Et. M. ipse multa etiam addidit; quod mirum esse non potest, quoniam saepius videmus eos, qui lexica componunt, ex scholiis multa complere nec minus scholiastas rursus lexicis abuti. Satis est Orionem, quem in scribendo etymologico sic egisse monstravit Kleist (de Philoxeni grammatici studiis etymologicis), vel Suidam in memoriam revocare, quem item permulta ex scholiis sumpsisse notum est[1]. Sic noster quoque etymologus, quos habuit codices scholiis instructos, industrie excerpsit; neque tantum scholiis in Apollonium, sed etiam nonnullis aliis usus est. Secundum Reitzensteinum, Inedita poetarum Graec. fragmenta, Ind. Rost. 1890/91 p. 16, usus est etymologus his in poetas epicos scholiis: in Homeri Iliadem, Odysseam, Hesiodum, Apollonii Argonautica, Theocritum, Nicandri Theriaca et Alexipharmaca, Oppianum (?), Callimachi Hecalen. Num vero ipse haec omnia in manibus habuerit, valde dubito et meo quidem iure.

---

[1] Suidas, quantum scimus, usus est scholiis in Aristophanem, Sophoclem, Homerum, Thucydidem; scholia autem Apolloniana in copias suas non recepit. Tribus tantum locis laudatur Apollonius, quorum unus v. Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις ex scholio in Aristoph. Plut. 210, alter v. μασχαλισθῆναι ex scholio in Soph. Electr. 445 sumptus est, tertium v. κατουλάς, cum desit in optimis codicibus, interpolatum esse cognovit Bernhardyus, ex Et. M. ut putat (cf. adnot. ad hunc locum in Suidae editione).

Laudatur Lycophronis commentarius in Et. M. 76, 57 v. Ἄμαντες; 164, 26 v. Ἄτλας; 191, 47 v. Βάτεια; Mill. p. 210 v. Μάλακα. Unde si suspiceris Lycophronis commentarium ei in manibus fuisse, obstat Et. M. 298, 30 v. Εἰλενία, ubi ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος, Ὦρος. Eodem modo Theocritei commentarii usus in dubium vocatur loco, qui est in Mill. p. 193 v. κόροιφος: οὕτως ἐν ὑπομνήματι Θεοκρίτου, Ὦρος. Similiter legimus in Et. M. 293, 46 v. δωριάζειν: ἐν ὑπομνήματι Ἑκάβης· οὕτως Ὦρος. Videmus hic denuo Orum doctrinam ex commentariis antiquis ad Et. M. tradentem. Nec minus in dubio manere debet, num commentarii in Aristophanem (Et. M. 197, 48 v. βινεῖν), Aeschyli Prometheum (Et. M. 690, 13 v. προσέληνοι), Hesiodum (Et. M. 513, 3 v. κίβισις) ab ipso Et. M. auctore in usum vocati sint, quamquam non negatur posse in his quoque omnibus scriptoribus rem itidem se habere atque in scholiis Apollonianis, quae partim per etymologum, partim aliunde in Et. M. pervenisse videmus. Itaque in singula accuratius inquirendum erit, ut intellegatur, utrum haec recta via in Et. M. pervenerint necne.

Sed, dixerit quispiam, habemus haud raro ipsius etymologi manifestum testimonium, quo testatur se inspexisse scholia, cum non pauca lemmata terminentur in vocem οὕτως εὗρον ἐγὼ ἐν ὑπομνήματι vel similem. Commemorantur hoc modo commentarii in Homeri Iliadem in Et. M. 15, 53 v. ἀγών; 22, 54 v. ἀζείδαο; 30, 43 v. αἰδῶ; 36, 11 v. Αἰναρέτη; 42, 42 v. ἄϊδρις; 541, 5 v. κρόκος; 566, 16 v. λίμνη; Mill. p. 14 v. ἀεὶ νέον ἐρχομενάων; p. 63 v. βέβαμεν; p. 103 v. εἰρύσασθαι; Odysseam in Et. M. 534, 1 v. κουρίξ; in Pindari carmina Et. M. 450, 46 v. Θήβα; 588, 49 v. μίτραι; in Nicandri Theriaca Et. M. 168, 13 v. ἀτύζων; in Dionys. Perieg. Mill. p. 155 v. Θάσσος. Sed ne hanc quidem formulam usus scholiorum certum esse documentum monstravit Ritschl de Oro et Orione p. 617, cum hanc profert causam huius consuetudinis: „cum non liceat nominativo casu satis commode sic loqui οὕτως ὑπόμνημα εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, quemadmodum οὕτως Ἡρωδιανός, ea re factum est, ut aliquo vinculo cum reliqua oratione istius modi testimonia ligarentur". Et habemus in Et. quoque M. exempla, quibus huius formulae vanitas illustratur: Legitur apud Mill. p. 179 v. καταπροΐξασθαι: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἐπῳδῶν Ἀρχιλόχου. Sed neminem puto iudicaturum, revera hic etymologum ut illis temporibus non modo epodos Archilochi, sed etiam commen-

tarium eorum in manibus habuisse; quae dubitatio confirmatur eo, quod etiam in Et. Gud. 305, 8 ex eodem commentario testimonium petitur, quo elucet iam in communi horum etymologicorum fonte hanc observationem fuisse. Similiter apud Mill. p. 191 v. κόλλοψ legitur: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀνδρονίκου (lege Ἀριστονίκου) εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, quem commentarium etymologum in manibus non habuisse et reapse verisimile est et rursus confirmatur testimonio Et. Gud. p. 334, 12, ubi eandem habes corruptelam: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι Ἀνδρονίκου εἰς τὸ δος i. e. τὸ φ Ὀδυσσείας (cf. schol. Q ad φ 407). Hanc vero suspicionem in partem quidem scholiorum Homericorum non cadere demonstratur his locis: Et. M. 85, 7 v. ἄμοτον: οὕτω μὲν Ὠρίων· ἐγὼ δὲ εὗρον ἐν ὑπομνήμασιν Ἰλιάδος; Et. M. 284, 1 v. δόρπος; οὕτως Ὦρος· ἐγὼ δέ φημι ὡς εὗρον σχόλιον παρακείμενον ἐν τῷ β′ τῆς Ἰλιάδος; Et. M. 540, 50 v. κρόσσας: καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ὠρίων· ἐγὼ δὲ εὗρον σχόλιον παρακείμενον ὑπόνοιαν παρέχον μοι κτλ. Hic, ubi contra Ori et Orionis testimonium scholia hoc modo laudantur, dubitari nequit, quin ipse Et. M. auctor scholia inspexerit.

De his rebus quamquam non nostrum est subtilius quaerere, tamen breviter saltem dicendum erat, quod nostrae quoque rei inde lux affertur. Agitur enim nunc, ut demonstremus, quod supra tacite iam praesumpsimus, ipsum quoque veri Etymologici Magni auctorem multa scholia Apolloniana copiis suis inseruisse, cuius rei haud unum habemus argumentum.

Primum enim, quo tamen rem non ad certum adduci supra vidimus, scholia nonnullis locis laudantur verbis οὕτως εὗρον ἐγὼ κτλ., ut Et. M. 14, 39 v. ἄγχαυρον; Et. M. 24, 10 v. Ἀθαμάντιον, Et. M. 42, 46 v. ἀϊκάς; Mill. p. 54 v. αὐτόγυον; Mill. p. 188 v. Κλείτη, ubi quod Ori sententia scholiorum testimonio refutatur, iam certius argumentum est.

Deinde etymologum Apollonii codicem scholiis instructum in manibus habuisse, et quae ei videbantur utilia et notatu digna excerpsisse inde apparet, quod verba et verborum formas ex Apollonio ita notavit, ut scholia quae invenit exscriberet, ubi non invenit ipse saepe interpretationem adiceret. Legimus apud Mill. p. 113 lemma ἔνει, adiectis versibus Ap. IV 243 et 252: „Αἰαίη Μήδεια Πελασγίδα γαῖαν ἵκηται ... ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν ἔνει καὶ τῆμος ἰδέσθαι“, sine ulla huius vocis interpretatione; nec mirum: nam si Apollonium evolves, invenies non legi ἔνει, sed μένει. In legendo Apollonio etymologus in hoc verbum sibi ignotum

inciderat, et in lexico suo notavit, quamquam ut cautus homo interpretationem ne temptavit quidem. Et. M. Gaisfordiani auctor hunc locum quippe inutilem exclusit neque magis in eo invenies, quod legis apud Mill. p. 257 v. πτερέως. σημαίνει τὸ ταχέως, οἷον „κεῖθεν δὲ πτερέως διὰ μύριον οἶδμα θαλάσσης“. Est versus Ap. IV 1765, in quo scriptum invenies ἀπτερέως; res eadem est quae supra: etymologus gavisus augmento lexici exscripsit una cum glossemate ταχέως, quod Laurentianus quoque noster servavit. Apud Mill. p. 215 vox μέσφα (legitur illic μέσφας, ubi ς accessit ex verbo sequente Σαλαγγῶνος) ex Ap. Rh. IV 337 affertur adiecta interpretatione quam videtur etymologus ex ipso loco sibi composuisse. In Mill. p. 277 (cf. Et. M. 742, 6) vocis σύω significationem ὁρμᾶν Apollonio (II 296) teste confirmat, ubi in Laur. legitur σεύεσθαι, quod Ruhnkenius (ep. crit. p. 294) secundum hunc Et. M. locum in σώεσθαι emendavit; addidit etymologus adnotationem de Strophadibus insulis illic commemoratis, quam sumpsit ex scholiis. Etiam verborum formas ex Apollonio profert ille. In Et. M. 47, 35 v. ἀκηδία, postquam Orionis sententia narrata est, adicit etymologus, quod in suo Apollonii codice invenerat: Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικὰ τὸ δει δίφθογγον (lege ⟨διὰ⟩ διφθόγγου) γράφει· οἷον „Μὴ δέ μ' ἀκηδείῃσιν ἀφορμηθῆτε λιπόντες“ (Ap. II 219). Similiter in Et. M. 352, 1 v. ἐόλητο. ἐκεκίνητο καὶ ἐτετάρακτο. γράφεται καὶ διὰ τῆς αι διφθόγγου. „Ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἐόλητο νόον μελεδήμασι κούρη“. Ἀπολλώνιος (III 471, ubi revera Laur. noster praebet αἰόλητο, quam apparet corruptam esse scripturam huius verbi tunc temporis non iam intellecti)[1]. In Et. M. 776, 38 Ὑλλήων genitivi forma ex Apollonio (IV 524) notatur ab etymologo, scholio ad hunc locum non neglecto. Apud Mill. p. 182 formam κεκοτηότε notat ex Ap.

[1] Talia autem etiam ex grammatico aliquo posse sumpta esse monet Et. M. 823, 44 v. Ὠρείτης· ὁ πολίτης· παρὰ τὸ ὠρεὺς ὠρέως γίνεται· καὶ τὸ κύριον ὄνομά ἐστι διὰ διφθόγγου, ὡς παρὰ Ἀπολλωνίῳ „Ὠρείτης δ' Ἀμύκοιο“. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων Ὠρείδης ἔχει. Χοιροβοσκός (cf. Cram. An. Ox. II 280, 18, ubi tenuissimum et corruptum veteris eruditionis vestigium relinquitur). Choeroboscum codices Apollonii non contulisse certum est; scholio ipso ad Ap. Rh. locum (II 110) docemur illud de ει diphthongo ab Herodiano dictum fuisse, quem codicum quoque scripturas commemoravisse constat (cf. Usener in „Nachr. d. Gött. Gesellsch. d. Wiss.“ 1892 p. 183, 7).

Rh. II 89 simul vocem φορβάδος eodem modo atque in scholio interpretatus. Aeque in Et. M. 662, 49 πεπτηῶτα formam affert ex Ap. Rh. I 1056, quo addit Mill. p. 240 versum III 1312; Mill. p. 230 ex Ap. IV 498 vocem ὄτις exhibet. Plura exstant huiusce modi exempla, quae hoc loco exscribere supersedeo.

Tertium argumentum inde deduci potest, quod etymologum videmus studere, ut quae aliunde ei affluebant scholiis locupletaret. Confer

Et. M. 16, 26 v. ἀδευκὴς ὁ ἄγνωστος καὶ ἀπροσδόκητος. Παρὰ τὸ δείκω, τὸ δεικνύω, δεικὴς καὶ ἀδεικής. καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς υ ἀδευκής· οὕτως Ὠρίων. οἷον „ὁ δ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἑλυσθεὶς μοῖραν ἀνέπλησεν. τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι θνητοῖσιν· πάντη δὲ περὶ μέγα πέπταται ὅρκος. ὡς τὸν ὀϊόμενόν περ ἀδευκέος ἔκτοθεν ἄτης“· ἀπεοικυίας ἢ πικρᾶς. Δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ, ὅθεν καὶ Πολυδεύκης ἐκλήθη. καὶ γὰρ ζῶν εὐεργικώτατος ἦν, καὶ ἀπαθανατισθεὶς μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοὺς ναυτικοὺς σῴζει.

cum schol. Ap. I 1037

„ἀδευκέος ἔκτοθεν ἄτης“: οὐ προσηνοῦς, ἀπεοικυίας, πικρᾶς· δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ, ὅθεν τὸ Πολυδεύκης. καὶ γὰρ ζῶν εὐεργικώτατος, καὶ ἀποθεωθεὶς ἅμα τῷ ἀδελφῷ διασῴζει τὰς ναῦς. ἢ ἀφανοῦς καὶ ἀπροοράτου, παρὰ τὸ δείκω.

Apparet etymologum in Orione suo illa usque ad οὕτως Ὠρίων invenisse, quae etiam nunc etsi paulo breviora in nostro Orione (ed. Sturz p. 24, 20) servata sunt. Ad haec addidit aliud veriloquium, quod in scholiis Apollonianis repperit. Verisimile est etiam Orionis veriloquium, quod idem in fine nostri scholii exstat, ex scholio in hunc Apollonii locum haustum fuisse. Praeterea vide Mill. p. 247 v. Πλειάς, ubi postquam veriloquia ex schol. Ap. III 225 exscripta verbis Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικὰ ad finem deducta sunt, ultimo loco Ori sententia adicitur.

His argumentis satis demonstratur dubitari non posse, quin ipse ille Et. M. auctor multa ex Apollonii codice in suas copias transtulerit. Et ut nunc quasi periculum faciamus, num recte hoc statuerimus: si veri Etymologici Magni auctori scholiorum usus debetur, necesse est in illo etymologico, cui ἄλλο nomen est, haec omnia desiderari. Et revera si Etymologicum Gudianum perlustrabimus, quod brevius illius lexici excerptum esse docuit Reitzensteinus, hanc suspicionem confirmatam cognoscemus: omnium illorum locorum, qui quin ex scholiis Apollonii exscripti sint, dubium esse nequit, nihil in Et. Gud. invenitur. Sane commemoratur Apollonii carmen, laudantur versus ex eo, sed hoc non mirum, nam ne in vero quidem Et. M. solum eius auctorem Apollonium inseruisse supra vidimus, sed nonnullos horum locorum antiquioribus ex fontibus esse haustos. Luculentum exemplum est Et. Gud. 480, 57 v. Προικόννησος collato Et. M. 689, 13; videmus enim in Et. Gud. commentationem ipso illo loco abrumpi, ubi in Et. M. scholia (Ap. II 279) exscribi incipiuntur.

Sed hic quoque latet difficultas. Et. M. 497, 24 v. κατουλάς et Et. Gud. 308, 19 inter se et cum schol. ad Ap. IV 1695 consentiunt; Mill. p. 188 v. Κλείτη et Et. Gud. 325, 35, ubi scholia in Ap. Rh. (I 974) nominatim adferuntur, plane congruunt; Mill. p. 188 v. κλείωμεν (laudatur Ap. Rh. II 687, ubi dest scholion) ad verbum invenitur etiam in Et. Gud. 325, 47. Quae dicuntur in Et. M. 482, 27 v. Κάβειροι exscripta ex schol. ad Ap. I 917, isdem fere verbis leguntur in Et. Gud. 289, 20. Quin etiam in Et. Gud. 294, 53 v. καλαῦροψ versus Ap. II 30—35 laudantur, quorum neque in Gaisf. Et. M. neque apud Mill. est vestigium, adiecta parva interpretatione, quae non ex scholiis videtur originem habere. Quid his locis facies? Puto te iam vidisse omnes has voces inveniri sub una littera Κ, quod fortuitum esse non potest. Non possum hoc aliter explicare nisi statuo in littera Κ auctori etymol. alterius nescio quo modo lexicum in fontium numero fuisse, quod aut ipsum verum Et. M. erat aut ab eo deductum. Quae res confirmatur, si locos supra memoratos de Cabiris comparamus.

Schol. Ap. I 917.

καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν (sc. τῶν Καβείρων) δ τὸν ἀριθμόν, Ἀξίερος, Ἀξιοκέρσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιοκέρσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅιδης. ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος ..... Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσηγορεῦσθαι ἀπὸ Καβείρων τῶν κατὰ Φρυγίαν ὀρῶν, ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετηνέχθησαν. οἱ δὲ δύο εἶναι τοὺς Καβείρους φασὶ πρότερον, πρεσβύτερον μὲν Δία, νεώτερον δὲ Διόνυσον.

Et. M. 482, 27.

Κάβειροι, ὀνόματα θεῶν τεσσάρων, Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα ἡ

Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅιδης. Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσηγορεῦσθαι ἀπὸ Καβείρων ὀρέων Φρυγίας, ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετηνέχθησαν. Οἱ δὲ δύο εἶναι τοὺς Καβείρους, πρεσβύτερον μὲν Δία, νεώτερον δὲ Διόνυσον.

Et. Gud. 289, 20.

Κάβειροι ὀνόματα θεῶν· καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν τρία τὸν ἀριθμόν· Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος [μὲν οὖν] δὲ ὁ Ἅιδης. Κάβειροι δὲ δοκοῦσιν προσηγορεῦσθαι ἀπὸ Καβείρων ὀρέων Φρυγίας, ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετηνέχθησαν. Οἱ δὲ δύο εἶναι τοὺς Καβείρους, πρεσβύτερον μὲν Δία, νεώτερον δὲ Διόνυσον.

Antiquissimam videmus formam in schol. Ap., ubi numerus quattuor deorum recte se habet; quod ita excerpsit auctor Et. M., ut quartum numero Cabirum omitteret neque curaret numerum iam non convenientem; hoc fonte usus auctor Et. Gud. cum vitium animadverteret numerum correxit. Huc accedit, quod si verborum ordinem in Et. Gud. spectabis[1], poteris sub Κ littera totas series secernere convenientes cum Milleri editione, quod in aliis litteris non item accidere vidi. Sed utut haec res se habet, manet suspicio in Et. Gud. scholia Apolloniana non in usum venisse, quo simul confirmatur ipsum veri Et. M. auctorem illa in lexicon suum recepisse.

Restat, ut quaeramus, quis fuerit ille qui in verum Et. M. scholia Apolloniana inseruerit, vel quod idem esse monstravimus, quis auctor huius lexici fuerit. Sed ad hunc diem omnino non licet nomen proferre, immo satis habeamus necesse est, si tempus, quo hoc opus ortum est, certis finibus circumscripserimus. Naber in Photii lexici editione I p. 167 sq. Et. M. putat saeculo undecimo factum esse, cum in eo Photius laudetur ipsumque ab Eustathio nominetur. Krumbacher (Byzantin. Litteraturgesch. p. 272) decimo saeculo putat Et. M. compositum esse, quo tempore Constantini Porphyrogenneti imperatoris iussu collectiones eiusmodi complures redactae sunt et Suidas quoque lexicon suum composuit; quem paullo propius ad veritatem accedere arbitror quam Naberi sententiam. Scimus enim Photium patriarcham auctorem fuisse Byzantiis ut renovarentur litterarum Graecarum studia, habemus lexicon rhetoricum ab ipso illo compositum, videmus, quod magni est momenti, ex Et. M. nonnullis locis — cf. Et. M. 418, 55 v. ἡγητορία (quae adnotatio ex Photii lexico p. 60, 15 sumi non potuit); Et. M. 529, 56 v. κορεσθῆναι (cf. Et. Gud. 338, 37); Et. M. 540, 24 v. Κρόνος (cf. Et. Gud. 586, 37); Mill. p. 201 v. κερασβόλος; Mill. p. 236 v. παρέμενος — ipsius animum a quaerendo verborum veriloquio non alienum fuisse. Haec si respexeris simulque consideraveris, quibus verbis Photius in Mill. Et. M. p. 223 v. ὀβελός laudetur (legitur illic: Φώτιος δὲ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης φησίν, quae quin verba sint hominis Photio aetate supparis maximaque in eum veneratione et admiratione impleti mihi quidem non dubium est), concedes fortasse non temere me suspicari Photio ipso admonitore et suasore hoc lexicon esse ortum ideoque non iniuria alteri noni saeculi parti Et. M. originem me tribuere.

[1] In Et. Gud. ordo est multo neglectior quam in Et. M., quod secundum litterarum ordinem plerisque locis compositum est. In Et. autem Gud. saepe facile erit singulos fontes discernere, quia capitum series ex uno fonte sumpta plerumque non miscetur iis, quae aliunde hausta sunt, immo saepenumero per complures voces unum fontem auctor sequitur, deinde addit, quae ex alio sumit. Similiter sed multo constantius hanc rationem secutus est Orion in etymologico suo, cf. Kleist de Philoxeno p. 16.

II.

Exsistit nunc quaestio gravissima, quae sit ratio inter scholia Apolloniana nobis servata et illa, quibus usus est etymologus. Ad verbum fere, ut illis locis eadem ac nos in Apollonio illum legisse appareat, inter se congruunt: Et. M. 514, 19 v. κινυρή et schol. Ap. I 292; Et. M. 749, 48 v. τέγγω et schol. Ap. I 555; Et. M. 711, 20 v. Σηπιάς et schol. Ap. I 582; Et. M. 279, 5 v. δίπολις et schol. Ap. I 601; Et. M. 218, 36 v. βώσεσθε et schol. Ap. I 685; Mill. p. 188 v. Κλείτη et schol. Ap. I 974; Et. M. 263, 25 v. δῆθεν et schol. Ap. I 998 (in Et. M. pro παραπλήσιον, quod sensu caret, scribendum est cum scholio παραπληρωματικόν); Et. M. 574, 5 v. Μακρῷ (Mill. p. 210 recte Μακρῶνες) et schol. Ap. I 1024; Et. M. 53, 14 v. ἀκροστόλιον et schol. Ap. I 1089; Et. M. 616, 53 v. Οἴαξις et schol. Ap. I 1131; Et. M. 288, 32 v. Δρύοψ (Mill. p. 93 addit Ap. versum) et schol. Ap. I 1218; Et. M. 325, 3 v. ἐκυδάσσατο et

schol. Ap. I 1337; Et. M. 210, 18 v. βουτύπος et schol. Ap. II 90; Et. M. 735, 44 v. συνοίμιον et schol. Ap. II 161; Et. M. 625, 37 v. ὁμώλακες (Mill. p. 225 addit Ap. versum) et schol. Ap. II 396; Et. M. 783, 32 v. ὑποσμύχονται et schol. Ap. II 445; Mill. p. 312 v. χρῆν et schol. Ap. II 624; Et. M. 707, 20 v. Σαγγάριος et schol. Ap. II 722; Et. M. 330, 18 v. ἐλειονόμος et schol. Ap. II 821; Et. M. 506, 57 adn. v. κευθμῶν ἐξ ὑπάτων et schol. Ap. III 1213; Et. M. 292, 32 v. δυσπαλέας ῥίζας et schol. Ap. IV 52; Et. M. 180, 32 v. ἀχαιϊνέα et schol. Ap. IV 175; Et. M. 536, 34 v. κρεγμῷ et schol. Ap. IV 909; Et. M. 497, 24 v. κατουλάς et schol. Ap. IV 1695; Mill. p. 226 v. Ὀποῦς et schol. Ap. IV 1780.

Sed alibi non aeque videmus Et. M. convenire cum scholiis nostris. Cuius rei quae sit causa, accuratius quaerere nunc nostrum erit, ne scholiis obtrudamus quae numquam in iis fuerint. Ac primum quidem nascitur suspicio etymologum, quod non id agebat, ut scholia, sed ut lexicon componeret, ubi ei videbatur usui esse, mutavisse, adiecisse, dempsisse. Et videmus persaepe illum iis, quae alibi invenit, Apollonii versum exempli causa addere, saepius ex scholiis hausta iis quae ex aliis fontibus sumpsit, aut adicere aut plane immiscere, denique aliquot locis, ubi nullum invenit scholion, ipsum interpretationem sibi fingere. Quae singula breviter illustranda sunt, quoniam novisse quomodo ille exscripserit, permultum nostra intererit.

Illorum locorum, ubi Apollonii versus proferuntur, ut exempla apponantur, satis est paucos denotare. In Et. M. 470, 281 vox ἱμονιά derivatur a verbo ἱμάς et adicitur: καὶ κέχρηται καὶ Ἀπολλώνιος Ἀργοναυτικοῖς „ἱμᾶσι", quod referendum est ad Ap. II 67. In Et. M. 115, 40 de verbi ἀνώιστον veriloquio dicitur similem in modum atque in Et. Gud. 62, 7, deinde testimonium petitur ex Ap. v. I 680, qui versus nimirum deest in Et. Gud. Plura exempla enumerare longum est, quae cum neque in Orionis lexico neque in Et. Gud. inveniantur, ab Et. M. auctore notata esse perspicuum est. Et hic periculum non est magnum, ne falso scholion subesse existimes, quia res illic prolatae plerumque nullo modo pertinent ad Apollonii locum, quem potius exempli causa additum esse primo aspectu intellegas.

Cautius vero agendum est illis locis, ubi parte scholii Apolloniani in Et. M. recognita nostrum est iudicare, utrum cetera quoque ex scholiis originem ducere putemus necne. Huius quoque rei pauca tantum exempla accuratius describo, cetera denoto. In Et. M. 470, 186 ad primam vocis ἰλλόμενος explicationem aliunde sumptam adiecta est alia significatio, quae ex Apollonio (II 28) probatur non omisso scholio in hunc locum. Apud Mill. p. 204 vocis λευκανία testimonium petitur ex Ap. II 192 adiecta scholii interpretatione, deinde veriloquia adduntur aliis ex fontibus hausta. Et ne testimonium quidem in fine additum: οὕτως εὗρον εἰς τὰ Ἀργοναυτικὰ τοῦ Ἀπολλωνίου sine dubitatione accipiendum esse demonstratur Et. M. 42, 46 v. ἀικάς, ubi sic: „Ὠκείας ἀνέμων ἀικάς" (Ap. IV 820). Πνοάς, ἀναφοράς. Ἀπὸ τοῦ ἀίσσω ῥήματος. Τὸ δὲ ἀικὰς καὶ προπαροξύνεται καὶ ὀξύνεται. Ἀπὸ μὲν τοῦ ἀικὴ ὀξύνεται, ἀικὰς ὀξύτονον, ὡς ἰωκή, ἰωκάς· ἀπὸ δὲ τοῦ ἄιξ ἄικας [καὶ προπαροξύνεται]. Ἄικες δὲ αἱ ἐν τῷ πολέμῳ κλίσεις ἐφ' ἑκάτερα. Ἀπολλώνιος δὲ τὰς αὐτὰς ἐπιπνοίας τῶν ἀνέμων. Οὕτως εὗρον εἰς τὰ Ἀργοναυτικὰ Ἀπολλωνίου. Statim movebit suspicionem ei, qui scholia Apolloniana accuratius novit, illa de accentu accusativi ἄικας adnotatio; et optime hoc loco accidit, ut nobis liceat observationis fontem ostendere; sequuntur in Et. M. post verba οὕτως εὗρον κτλ. versus Il. O 708 et 709, ad quos si conferes scholion Ven. A, invenies Herodianum haec de accentu vocis ἄικας explicantem, quo apparet etymologum in suo codice hic non plus habuisse quam in nostris scholiis exstat. Haec sufficiant exempla; cetera qui cupiat comparet: Et. M. 760, 56 v. τῖφος et schol. Ap. I 127 et II 822; Et. M. 372, 28 v. ἐρείπω (ubi περιρρήδην et ἐπιρραγείς abierunt in ἐπιρρήδην et περιρραγείς) et schol. Ap. I 431; Et. M. 724, 42 v. σταθερὸν ἦμαρ et schol. Ap. I 450; Et. M. 424, 43 v. ἠλακάτη et schol. Ap. I 565; Et. M. 260, 28 v. δείκελον et schol. Ap. I 746; Et. M. 89, 34 v. ἀμφίδυμοι et schol. Ap. I 936; Et. M. 472, 26 v. ἴουλος et schol. Ap. I 972 et II 43; Mill. p. 89 v. Δίνδυμον (Et. M. 276, 32) et schol. Ap. I 985; Et. M. 731, 45 (add. Mill. p. 273) v. στύπος et schol. Ap. I 1117, ubi Archilochi nomen et fragmentum iam Keilius ex Et. M. addidit; Et. M. 196, 56 v. βητάρμονες et schol. Ap. I 1135; Et. M. 512, 37 v. Κιανίς et schol. Ap. I 1177; Et. M. 705, 23 (add. Mill. p. 262) v. ῥόπαλον et schol. Ap. I 1196; Et. M. 205, 35 v. Βόσπορος et schol. Ap. II 168; Et. M. 627, 47 v. ὀπίζεσθαι et schol. Ap. II 181; Et. M. 674, 22 v. πλαδαρόν et schol. Ap. II 662; Et. M. 469, 41 v. ἵηιε et schol. Ap. II 712; Et. M. 235, 7 v. γλυφίς et schol. Ap. III 218; Mill. p. 21 v.

ἀλδήσκω et schol. Ap. III 1363; Et. M. 503, 1 v. κεμάς et schol. Ap. IV 12; Et. M. 504, 43 v. κέρας et schol. Ap. IV 282.

Praeter hos locos, ubi scholia in usum vocata esse certum est, permulti sunt, in quibus similitudo maior vel minor inter Et. M. et schol. Ap. exstat; sed cum Apollonius non laudetur cumque saepius Et. Gud. consentiat, non inde eos sumptos esse existimandum est[1], quamquam adhuc accuratius ostendi nequit, unde haec convenientia originem ducat; sed mira haec non potest esse, quia omnem eruditionem grammaticam artissime inter se cohaerere videmus. Ut eligam exempla insignia, confer: Et. M. 485, 51 v. καλιά et schol. Ap. I 168; Et. M. 696, 24 v. Πυθώ et schol. Ap. I 207; Et. M. 557, 6 v. λαρόν et schol. Ap. I 456 et 659; Et. M. 805, 6 v. χαλίφρων et schol. Ap. I 473; Et. M. 590, 2 v. μόλις et schol. Ap. I 674; Et. M. 160, 9 v. ἄστυ et schol. Ap. I 696; Et. M. 402, 33 v. ἐφέστιοι et schol. Ap. I 909; Et. M. 291, 18 v. δύπτης et schol. Ap. I 1008 (ubi ex Et. M. Callimachi versus supplendus est, quo καύηξ vox inseratur, qua omissa non intellegitur, cur ab Antimachi versu exemplum petatur); Et. M. 111, 46 v. ἀνταία et schol. Ap. I 1141; Et. M. 317, 45 v. ἔειπεν et schol. Ap. II 21; Et. M. 708, 16 v. Σάπειρες et schol. Ap. II 395; Et. M. 204, 54 v. βομβυλιός et schol. Ap. II 569; Et. M. 363, 51 v. ἐπίρροθος et schol. Ap. II 1193; Et. M. 422, 11 v. ἠθεῖος et schol. Ap. II 1219; Et. M. 287, 32 v. Δρεπάνη et schol. Ap. IV 984; Et. M. 735, 29 v. συνήμονες et schol. Ap. IV 1210; Et. M. 70, 11 v. ἁλοσύδνη et schol. Ap. IV 1599.

Aliquoties autem consensus causam possumus designare; latent enim non modo in Et. M. (iam supra vidimus in eo scholia Homerica in usum venisse), sed etiam in schol. Ap.[2] multa ex veterum doctrina Homerica hausta. Inde horum locorum congruentiam intellego: Et. M. 761, 18 v. τοίη et schol. Ap. I 5; Et. M. 198, 32 v. βίοτος et schol. Ap. I 272 (cf. Ap. Soph. 51, 23 Bekker); Et. M. 598, 13 v. ναῦς et schol. Ap. I 403

[1] Sed non negatur fieri posse ut pleniore Et. M. in lucem edito etiam nonnullis horum locorum scholia Ap. subesse cognoscatur.

[2] In scholiis Apollonianis saepissime Homerus respicitur et multa proferuntur, quae etiam in scholiis Homericis inveniuntur. Verborum singulorum interpretationibus subesse lexicon Homericum simile illi, quod nobis Apollonii Sophistae nomine servatum est, docet Wilam. Hercul. I p. 186.

(cf. Ap. Soph. 116, 14, schol. Il. I 137); Et. M. 414, 52 v. ἦ et schol. Ap. I 631 (cf. Ap. Soph. 81, 27); Et. M. 423, 20 v. ἤïα et schol. Ap. I 659 et 1180 (cf. schol. Il. N 103, Ap. Soph. 82, 33); Et. M. 476, 38 v. ἴσκεν et schol. Ap. I 834 et III 395 (cf. Ap. Soph. 92, 35); Et. M. 64, 10 v. ἁλιμυρήεντα et schol. Ap. I 913 (cf. schol. Il. Φ 190, Ap. Soph. 23, 10); Et. M. 551, 5 v. κῶμα et schol. Ap. II 205 (cf. Ap. Soph. 106, 10); Et. M. 623, 18 v. ὅμαδος et schol. Ap. II 638 et III 971 (cf. Ap. Soph. 120, 18); Et. M. 28, 30 v. αἰγανέα et schol. Ap. II 829 (cf. schol. Il. Π 589, Ap. Soph. 17, 24); Et. M. 576, 15 v. μέλαθρον et schol. Ap. II 1087 (Ap. Soph. 110, 30); Et. M. 33, 38 v. αἰθρηγενέτης et schol. Ap. IV 765 (cf. schol. Od. ε 296, Ap. Soph. 16, 26); Et. M. 816, 6 v. χυτή et schol. Ap. IV 1536 (cf. schol. Il. Ζ 464); Et. M. 194, 29 v. βέλος et schol. Ap. IV 1659 (cf. schol. Od. ι 495, Ap. Soph. 51, 8).

Restat, ut ostendam etymologum, ubi nihil invenit quod aptum esse videretur, ipsum interpretationem fecisse. Ad hoc confer, quod legitur apud Mill. p. 30 v. Ἄμυκος: Ἄμυκος γέγονε τῶν Βεβρύκων βασιλεύς· δέδωκε δὲ νόμον, ἵνα εἴ τις ἀπὸ ξένης ἔλθῃ εἰς τὴν αὐτοῦ χώραν, ἀποπειρᾶν αὐτὸν εἰς πένταθλον καὶ οὐκ εἴα ἀναχωρῆσαι πρὶν ἢ πεῖραν αὐτοῦ σχῇ· „ὅς καὶ ἐπὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε, μήτιν' ἀποστείχειν, πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο“ (Ap. II 5, 6). Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἄμυκος ἀπ' αὐτοῦ κτισθεῖσα. Qui locus pessima Graecitate originem prodit. Quod in fine additur de Amyco oppido, haustum est ex schol. Ap. ad II 159. Luculentum exemplum etiam Et. M. 446, 48 v. Θεραπναῖον, ubi versus II 163 interpretatio datur ex scholio; sed facere non potuit etymologus, quin Θεραπναῖον Διὸς υἷα accuratius significaret quam in scholio; dicit hunc esse Pollucem, quamquam sine dubio Apollo est intellegendus, quod in scholio quoque denotatur. In Pollucem autem, qui ipse navigationi intererat, hymnum ab Orpheo esse cantatum nemo putabit. Eo vero etymologus in hunc errorem inductus est, quod Therapnae Castorum cultu notae erant. Qua autem neglegentia nonnumquam ille egerit, vides ex Et. M. 60, 4 (Mill. p. 22) v. ἀλετρεύουσα, ubi quae Ap. IV 1093 de Echeto eiusque filia narrat, etymologus Nycteo regi Thebarum et filiae eius Antiopae tribuit, de quibus antea in v. 1090 dictum est[1]. Quin

[1] Facere non possum, quin hoc loco Schmidtii in indice ad Hesychium errorem detegam. Legitur in Hesych. v. Ἔχετος longior narratio

etiam in Et. M. 14, 39 v. ἄγχαυρον, quamquam in fine testatur: οὕτως εὗρον εἰς τὰ σχόλια τῶν Ἀργοναυτικῶν τοῦ Ἀπολλωνίου, non dubitavit etymologus mutare (cf. supra p. 19). Legitur l. l. post Ap. v. IV 109—111: Σημαίνει δὲ τὸ καλούμενον λυκόφως, τὸ ὀρθρινόν, τὸ πλησίον τῆς αὔρας· ἀγχίαυρος καὶ ἄγχαυρος. αὔρα δὲ ἡ ἡμέρα. In schol. ad l. l. nihil invenies nisi: ἄγχαυρον. τὸν καιρὸν τὸν πλησίον καὶ ἐγγὺς τῆς ἡμέρας, ὥσπερ λυκόφωτα, adiecto Odysseae versu ε 469. Hanc interpretationem etymologus in suum usum vertens veriloquium finxit vocis ἄγχαυρον ex ἄγχι et αὔρα, cui notio esset ἡμέρα, quae huic verbo numquam infuit, sed ex ipso scholio ficta est.

Hoc quoque notandum est, quod saepius in Et. M. Apollonii versui exscripto nil adicitur nisi interpretatio unius verbi, quod videbatur etymologo memoratu dignum, quo fit, ut cum veriloquia non proferantur, illis locis non Et. M., sed lexicon quoddam Apollonianum in manibus te habere paene existimes. Saepenumero his glossematis in scholiis nihil respondet, immo ipsae, cum falsae sint, auctorem produnt. Vide Et. M. 688, 8 v. πρίε: ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ λάβε ἐστίν „Λευγαλέον δ' ἐπὶ οἱ πρῖεν χόλον“. Ἀπολλώνιος (IV 1671, ubi nimirum frustra quaeres eiusmodi scholion). Mill. p. 95 v. δώομεν: ἐνταῦθα σημαίνει τὸ συμβουλεύομεν οἷον „δώομεν ἀμπλακίην, ὡς καὶ πάρος εὐμενέοντες“ (Ap. I 1335, ubi scholion simile non exstare non miraberis). Mill. p. 118 v. ἐπάκτιον: „ἔνθα δ' ἐπάκτιον οἶκον Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεύς“ (Ap. II 178). μέγαν, ὑψηλόν, quod falsum est; nam ἐπάκτιος nihil aliud est nisi „in litore situs“. Quae cum ita sint, cetera quoque glossemata, nisi scholion aliquo modo respondebat, inter scholia referre dubitavi, quamquam scholia in iis quoque latere posse conceditur. Enumero luculenta exempla: Et. M. 82, 11 v. ἀμεύσιμον (quo loco vox servatur, quae in Laur. non iam invenitur recte commendata a Ruhnkenio); 88, 45 v. ἀμφεπονεῖτο; 111, 18 v. ἀνομένοιο; 365, 1 v. ἐπιστοβέωσι; 664, 10 v. περικτίται; 672, 23 v. πιμπρᾶσαι; 735, 13 v. συνηβολίᾳ; Mill. p. 29 v. ἀμπλάκημα; p. 33 v. ἀναίδητος; p. 39 v. ἀμπλακία; p. 61 v. βαθυλήιος: p. 113 v. ἐνναέται; p. 119 v. ἐπήτριμοι; p. 125 v. ἐργατίναι; p. 153 v. ἡρῴσσαι;

de huius regis in filiam crudelitate, et in fine additur: μέμνηται καὶ Ἀπολλώνιος τῆς ἱστορίας. Schmidtius in indice hunc locum sub Apollonii Archibii nomine enumerat; certum est nostrum Ap. Rh. locum spectari.

p. 154 v. θαάσσων; p. 188 v. κλείωμεν; p. 190 v. κλοπήιος; p. 236 v. παρέθρισαν; p. 254 v. πρόμαλοι; v. προμολῇ; p. 258 v. πώεα; p. 291 v. ὑληωροί; v. ὑληουργοί; p. 316 v. ὦνον. Quae fere omnia lemmatis forma indicio est in Apollonii versum esse scripta; cumque Milleri Et. M. numerus eorum aliquanto augeatur, in Et. autem Gudiano et Orionis lexico nullum vestigium inveniatur, novum simul hoc est documentum, quo demonstretur veri Et. M. auctorem haec recepisse.

Sed hoc, quod etymologus non ea quam nos vellemus fide egit in scholiis exscribendis, non satis est, quo omnium inter nostra et illius scholia discrepantiarum causa explicetur. Nam inspice quaeso Et. M. 479, 47 v. Ἰτωνὶς καὶ Ἰτωνία; dubium tibi non erit, quin hic habeas scholion Apollonianum. Sic enim legitur: Ἰτωνὶς καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ εἴρηται παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς ἀπό τινος πόλεως Ἴτωνος. Φησὶ δὲ ὁ γενεαλόγος Σιμωνίδης, Ἰτώνου θυγατέρας γενέσθαι δύο, Ἀθηνᾶν καὶ Ἰοδάμαν, ἃς ἐζηλωκυίας τὴν ὁπλομαχικὴν εἰς ἔριν τὴν εἰς ἀλλήλας χωρῆσαι, καὶ ἀναιρεθῆναι τὴν Ἰοδάμαν ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. Οἷον „Πηλιάδες σκοπιῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος“. Ἀπολλώνιος. Quodsi nunc evolves scholia Apolloniana ad I 551, qui versus ab etymologo affertur, et ad I 721, ubi scholion ad I 551 respici apparet, locum huic rei illic non esse statim invenies. In scholio ad I 551 docemur Minervae Itoniae esse sacrum Coroneae in Boeotiae oppido; sed (sic idem scholiasta ipsum se corrigit) mirum esset, si Apollonius hic in Argo nave facienda deae Coroneae cultae mentionem faceret, immo ex Thessaliae urbe Itonia hoc nomen petitum est; sequuntur deinde trium scriptorum testimonia, sed Simonides genealogus non nominatur, qui tamen alibi inter nostrorum scholiorum auctores prodit (cf. schol. II 866). Sic quamquam omnino fieri nequit, ut hunc locum nostris scholiis inseramus, tamen Etymologici M. doctam adnotationem cum nostro scholio aliquo modo cohaerere documento est illud: παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς[1].

Clarior quam ex hoc loco res fit comparatione Et. M. 567, 12 v. λισσή et schol. II 382, quos locos, quia graves sunt in nostram rem, hic totos propono.

[1] Ex Et. M., non ex ipsis scholiis Apollonianis hoc idem narrat Tzetz. ad Lycophr. 355, sed qua est neglegentia, versus ipsi Simonidi genealogo tribuit, quod Muellerus editor interpolato Apollonii nomine oblitteravit.

Schol. Ap. II 382.

„λισσῇ ἐπικέλσετε νήσῳ“· τῇ τραχείᾳ καὶ ὑψηλῇ. ἡ δὲ νῆσος καλεῖται Ἀρητιάς. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ αἱ Στυμφαλίδες ἦσαν ὄρνιθες, ἀπὸ Στυμφάλου τῆς Ἀρκαδίας πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους διωχθεῖσαι. ἐν ταύτῃ οὖν τῇ νήσῳ, φησί, παντοίᾳ σπουδῇ κατάχθητε. ἐκεῖ γὰρ ὑμῖν ἐπιφανήσεταί τις ὠφέλεια. λισσὴ δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμαλή. Ἀμερίας δὲ ἐν Γλώσσαις λισσὸν τὸ ὑψηλὸν ἀποδίδωσιν. ὅτι δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὄρνιθας ἔχει τοξευούσας τοῖς πτεροῖς ὡς βέλεσιν ἱστορεῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ.

Et. M. 567, 12 v. λισσή.

„λισσῇ ἐπικέλσετε νήσῳ“· λισσὸν τὸ ὁμαλόν· παρὰ τὸ λίαν ἴσον. Ἀμερίας δὲ ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ αὐτὸ λαμβάνει. αὕτη δὲ ἡ νῆσος ὄρνιθας ἔχει τοξευούσας τοῖς πτεροῖς ὡς βέλεσι, τὰς καλουμένας Στυφελίδας. ἡ δὲ νῆσος καλεῖται Ἄρηα, ἐπειδὴ ἐν αὐτῇ ἐστιν ἐπιφανέστατον ἱερὸν Ἄρηος.

Manifestum est etymologum hoc loco nihil nisi secundam nostri scholii partem in codice suo invenisse, et hanc quidem paulo pleniorem quam in nostra est recensione. Scholion quod ad nos venit, non unum est, sed ex compluribus conflatum: Primo loco habemus interpretationem vocis λισσός et adnotationem de Aretiade insula; sequitur paraphrasis, et deinde alia ac supra vocis λισσός interpretatio et denuo de insula adnotatio. Possumus etiam causam detegere, cur nostrum scholion in fine sit decurtatum: propterea quod iam in superiore scholio adnotatio erat de insulae nomine, hoc loco omissa est ab eo, qui nostra scholia composuit, una cum observatione de Martis sacro, unde insula illa nomen cepit. Cum vocis λισσός origine hic prolata (a λίαν et ἴσος), propter quam etymologus totum hunc locum exscripsit, confer in schol. Ap. I 456 vocis λαρόν veriloquium (παρὰ τὸ λίαν ἀρηρός). Quod in Et. M. legitur: ἡ δὲ νῆσος καλεῖται Ἄρηα, potest ortum esse ex Ἀρητιάς (sic semper insula nominatur in Apollonio et scholiis nostris); fortasse autem aliud huius iusulae nomen subest, quippe quam Aream appellent Plin. n. h. VI 12, 32 et Mela 2, 7, 2. — Plane eodem modo res se habet in Et. M. 77, 45 v. Ἀμαραντός et schol. Ap. II 399, quod scholion rursus ex duabus partibus coniunctum est, cuius secundam tantum etymologus in codice suo invenit. Quae sequuntur de accentu vocis Ἀμαραντά notata non inveniuntur in secunda scholii nostri parte; sed in prima Herodianus dicitur ἐν τῷ ῆ τῆς καθόλου docuisse de accentu huius verbi. Quod

num ita ut exhibet legerit etymologus, dubitaveris; sed revera huius sententiae adnotationem secutam esse in eius codice demonstratur eo, quod legitur apud Mill. p. 199 v. Κυταΐδος, ubi post scholii nostri partem exscriptam rursus habes: Ἀμαραντῶν δὲ ἐνταῦθα περὶ τῶν ὀρέων, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀμαράντων σωμάτων.

Puto his tribus exemplis rem ad certum esse adductam, etymologum non eadem quam nos habemus scholiorum recensione usum esse, sed alia quadam. Neque hoc mirum, si ceterarum scholiorum collectionum exemplum comparas, quae ne in duobus quidem eiusdem recensionis codicibus plane consentire plerumque invenies. Nostrum nunc erit hanc recensionem, quantum fieri potest ex paucis Et. M. locis, paullo accuratius describere. Paraphrasin, quae in nostris scholiis neque est neque fuit, legit etymologus ad v. II 734 sq. Nam vide Et. M. 670, 39 v. πηλυγίς· „πηλυγὶς ὀκρυόεντος ἀναπνείουσα μυχοῖο συνεχές, ἀργινόεσσαν ἀεὶ περιτέτροφε πάχνην“. ἡ ἐκ τοῦ κρύους πῆξις· εἴρηται παρὰ τὸ πήσσω πηλύς, ὡς πλήθω πληθύς· ἐξ οὗ πηλυγίς. ἐκ γὰρ τῆς Ἀχερουσίας ἄκρας ἐπὶ τὴν γῆν ἐστι κοίλη νάπη, ἐν ᾗ ἐστιν σπήλαιον τοῦ Ἅιδου ὕλῃ καὶ πέτραις κατὰ τὸ στόμιον πεπυκνωμένον· ὅθεν ἀνάπνοια ψυχροτάτη ἀνιοῦσα πήγνυσιν ἐκεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ γίνεται πάχνη. Interpretatur etymologus versus non modo quos affert II 737 et 738, sed omnes a v. 734 ad 738. Mira est vocis πηγυλίς mutatio in πηλυγίς; affirmatur haec lectio in Et. M. litterarum ordine eademque est apud Millerum; aut neglegentia erravit etymologus aut revera sic in codice suo legit, quamquam in nostris codicibus nihil eiusmodi invenitur[1]. Veriloquium sine dubio ipse fecit etymologus.

Nonnulla quae in nostris scholiis in duas partes discerpta sunt, videntur in etymologi codice coniuncta fuisse. Nam quae in schol. Ap. ad I 1075 et I 1077 seiuncta sunt, haec in Et. M. 659, 15 v. πέλανοι paululum mutata conexa invenies, adiectis veriloquiis illius vocis, quae ad verbum sumpta sunt ex scholio in ipsum illum Eur. Or. (220) locum, qui et in scholio et in Et. M. affertur. Pariter rem se habere videbis, cum inspicies Mill. p. 261 v. Ῥῆβας, ubi sic: „Ῥῆβαν ὠκυρόην ποτα-

---

[1] Quod in cod. Guelferb., cuius lectiones Merkelius in editione sua notavit, in margine γρ. πηλυγίς exstat, ex etymologici codice, ex quo illic multa glossemata adscripta sunt, haustum est.

μὸν ἄκρην τε Μέλαιναν“ (Ap. II 349). ποταμὸς πλωτὸς Βιθυνίας, παρ' ᾧ ἀκτή (leg. ἄκρα) ἐστι Μέλαινα καλουμένη, νῆσος Βιθυνίας, quae in scholiis nostris paulo breviora et in duo glossemata discissa sunt; quod accedit νῆσος Βιθυνίας, non intellegitur nisi ex ipso Apollonio: hic enim in sequenti versu Thyneida insulam commemorat, in quam sine dubio cadit illud νῆσος Βιθυνίας; haec, cum iam in scholio desset lemma, etymologus qua est socordia una exscripsit. Praeterea confer Et. M. 541, 34 v. Κρωβίαλος et quae leguntur in schol. Ap. ad II 941 et 942.

Huc accedunt nonnulli loci, quibus sine dubio scholia Apolloniana subsunt; inter nostra autem scholia, quippe quae aliud praebeant, locus is iam non est, ut recte alteri illi etymologi recensioni attribuas. In Et. M. 24, 10 v. Ἀθαμάντιον hoc scholion ad Ap. v. II 513 sq. qui proponuntur, legitur: ἔστι δὲ πεδιὰς ἐν Θεσσαλίᾳ καλουμένη Ἀθαμαντία διὰ τὸ ἐκεῖσε τὸν Ἀθάμαντα πλανᾶσθαι μετὰ τὸ φονεῦσαι τὸν ἴδιον υἱὸν Κλέαρχον[1], χόλῳ τῆς Ἥρας, ὅτι ἀνέθρεψε τὸν Διόνυσον. ἐφόνευσε δὲ αὐτὸν εἰς θήραν μανεὶς δόρατι νομίσας ἔλαφον εἶναι. ὅθεν καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσε καὶ τῆς Ἰνοῦς τῆς γυναικὸς ἐστερήθη καὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Μελικέρτου, ἀμφοτέρων εἰς θάλασσαν ἐμπεσόντων καὶ οἰκησάντων προνοίᾳ Ποσειδῶνος ἐν αὐτῇ. οὕτως εὗρον σχόλιον εἰς τὰ Ἀργοναυτικὰ Ἀπολλωνίου (Cod. Va accuratius etsi corrupte: σχόλιον εὗρον εἰς τὸ θ' (leg. β') τῶν Ἀργοναυτικῶν). In nostro scholio ad l. l. hoc tantum exstat: Ἀθαμάντιον δὲ πεδίον οὕτω καλούμενον περὶ τὴν Ἅλον. κατῴκησε γὰρ Ἀθάμας ἐν Ἅλῳ τῇ νόσῳ τῆς βασιλείας ἐξελθών, ubi quamquam Athamantis regis morbus tangitur, tamen ut etymologi commentationem, quam testatur ex scholiis esse sumptam, adiciamus vel inseramus fieri nullo modo potest. — Et. M. 772, 38 v. Τυφάονα καὶ Τυφαονία πέτρα (add. Mill. p. 288) οἷον „Καυκάσου ἐν κνημοῖσι Τυφαονίῃ ὑπὸ πέτρῃ“. κνημὸς ὁ τραχὺς καὶ σκληρὸς τόπος. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ Ποσειδῶν διαιρούμενον Ποσειδάων Ποσειδάωνος φυλάττει· τὸ δὲ Τυφῶν διαιρούμενον συστέλλει Τυφάων Τυφάονος. καὶ Τυφαονία πέτρα ἐστὶν ὑψηλὴ ἐν τῷ Καυκάσῳ· Καύκασος δὲ ὄρος Σκυθικὸν καὶ ἕτερον Ἰνδικόν. ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῷ διωκόμενον τὸν Τυφῶνα ὑπὸ Διὸς πεπλῆχθαι τῷ κεραυνῷ. πληγέντα δὲ αὐτόν φασι καιόμενον ἀπελθεῖν εἰς τὴν Σερβωνίδα

[1] Filii nomen Κλέαρχος corruptum est ex Λέαρχος, quod vitium etiam invenies in schol. D Il. H 86, ubi schol. A rectum servavit.

λίμνην (Et. M. ἐν τῇ Σ. λ.) ἐν Αἰγύπτῳ πλησίον τοῦ Πελουσίου καὶ εἰς τὸ βάθος αὐτῆς ἐμπεσεῖν καὶ δῦναι συνεχόμενον ὑπὸ τῆς ἐκκαύσεως· ἡ δὲ λίμνη θερμότητά τινα ἀναπέμπει ὡς τοῦ Τυφῶνος καιομένου ἐν αὐτῇ. Est hoc scholion in versum II 1210, qui affertur (Τυφάονα illud lemmatis in sequenti versu prodit, quo verisimile fit ne hunc quidem versum olim defuisse); tamen omnia impediunt nos, quominus haec in scholia nostra inserere temptemus, etiamsi nonnulla insunt, quae illic non reperimus: duos docemur discerni Caucasos, unum in Scytharum, alterum in Indorum terra (cf. Strab. XI p. 505 et 506); deinde lacum Serbonida, quia Tryphon crematus sub eo iaceat, calorem quendam emittere, quocum consentit Strabo XVI p. 763, qui narrat bitumen ex hoc lacu cum aquae quasi ferventis bullis erumpi, unde simul elucet, quomodo fama exstiterit hic gigantem illum iacere, qui tam multis locis sub terra latere existimabatur. Quod dicitur de genetivi Τυφάονος et Ποσειδάωνος differentia, sine dubio aliunde, ex grammatico aliquo, arcessitum. — Et. M. 43, 49 v. ἄκαινα. Ἀπολλώνιος „ἐργατίνης ὥς τις τε Πελασγίδι νύσσεν ἀκαίνῃ“. Ἔστιν δὲ ῥάβδος τὸ καλούμενον βούκεντρον. ὠνόμασται δὲ οὕτως· Νεῖλος ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς ἀναβλύζων καὶ ἀνερχόμενος διὰ τοῦ θέρους τὰ ὅρια τῆς τῶν Αἰγυπτίων γῆς τῇ ὑγρασίᾳ λύων καὶ μιγνὺς ἀπώλλυεν. ἐλαττουμένου δὲ αὐτοῦ πάλιν καὶ ἀποβαίνοντος μάχη καὶ ἀμφισβήτησις τοῖς Αἰγυπτίοις περὶ τῶν ὁρίων τοσαύτη ἐγένετο ὥστε καὶ ἀλλήλους φονεύειν. ὕστερον δὲ ῥάβδον λαβόντες τὰς ἑαυτῶν γᾶς ἐγεωμέτρουν πρὸ τῆς ἀναβάσεως τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐσημειοῦντο. καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀπόβασιν τοῦ ποταμοῦ τῇ αὐτῇ ῥάβδῳ ἐγεωμέτρουν. καὶ γεωμετροῦντες ἕκαστος τὴν ἰδίαν γῆν ἀπελάμβανε δίχα μάχης καὶ φόνου. ἐκλήθη οὖν ἡ ῥάβδος, ἐν ᾗ ἐγεωμέτρουν, ἄκαινα, ἡ στεροῦσα αὐτοὺς τοῦ καίνειν ἀλλήλους, ὅ ἐστι φονεύειν. λέγεται δὲ, ὅτι Θεσσαλός τις εὑρεθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ ἐπενοήσατο τῇ ῥάβδῳ γεωμετρεῖν τὴν γῆν. ἔνθεν καὶ Πελασγίδι εἶπεν ἀντὶ τοῦ Θεσσαλικῇ. ἐργατίνης δὲ ὁ γεωργός. Totum hunc locum scholion esse ad versum qui proponitur III 1323 certum est ex verborum Πελασγίδι et ἐργατίνης interpretatione in fine adiecta. In nostris autem scholiis alia est de hoc verbo adnotatio, de origine eius nihil dicitur. Idem atque hic veriloquium invenies traditum apud Olympiod. ad Aristot. Meteorol. p. 258 Ideler; narrant etiam Herodotus (II 109) aliique propter Nili inundationes apud Aegyptios geometriam esse inventam. — Et. M. 118, 22 v. ἀπάργματα, quem locum

Reitzensteinus, ined. poet. Graec. fragm. p. 4 sic ex cod. Vat. reddit: Ἀπάργματα· Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικὰ οἷον „ὀξὺ δὲ πανδαμάτωρ λοξῷ ἴδεν οἷον ἔρεξαν ὄμματι νηλειὴς ὀλοφώιον ἔργον Ἐρινύς. ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος, τρὶς δ' ἀπέλειξε φόνου, τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἔπτυσ' ὀδόντων, ἣ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι". ⟨ἐξάργματα καὶ⟩ ἀπάργματα λέγεται τὰ ὑπὸ τῶν τραγῳδῶν λεγόμενα μασχαλίσματα. ταῦτα δέ ἐστι τὰ τοῦ φονευθέντος ἀκρωτήρια· ἦν γάρ τι νόμιμον τοῖς δολοφονήσασιν ἀφοσιῶσαι τὸν φόνον διὰ τοῦ δολοφονηθέντος ἀκρωτηριασμοῦ. τὰ δὲ ἀκρωτήρια εἴροντες καὶ συρράπτοντες διὰ τῶν τοῦ νεκροῦ μασχαλῶν καὶ τοῦ τραχήλου περιτίθεσθαι τῷ νεκρῷ. καθ' ἅ φησιν Σοφοκλῆς „ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος ὥστε δυσμενὴς ἐμασχαλίσθη" (El. 444). ὅτι δὲ καὶ ἐγεύοντο τοῦ αἵματος καὶ ἀπέπτυον, Αἰσχύλος ἐν ταῖς Περραιβίσιν καὶ ἐν τοῦ περὶ Λαΐου (Reitzenst. proponit ἐν τῷ Λαΐῳ). ἢ ἀπάργματα αἱ μεγάλαι ἀπαρχαὶ τῶν θυσιῶν. Hunc locum apparet esse scholion ad versus, qui in initio positi sunt IV 475—479. In Laur. quoque scholion eiusdem argumenti exstat, sed multo brevius, ut paene intellegi nequeat, omnibusque testimoniis orbatum, sic tamen, ut non possit ex hoc Et. scholio simpliciter contractum esse; immo habet propria, quae in etymologi scholio non sunt. Quod in fine additur: ἢ ἀπάργματα αἱ μεγάλαι ἀπαρχαὶ τῶν θυσιῶν, non ex scholio petitum esse et primo aspectu perspicitur et demonstratur eo, quod hoc solum in Et. Gud. 63, 15 v. ἀπάργματα invenitur. — Praeterea confer schol. Ap. I 1134 et Et. M. 706, 25 v. ῥύμβῳ, ubi huius vocis interpretatio etymologi scholii propria est; schol. Ap. II 570 et Et. M. 494, 10 v. καχλάζω, cuius verbi aliam invenit etymologus interpretationem atque in nostris est scholiis (quae adicit veriloquia unde petita sint nescio); schol. Ap. II 908 et Et. M. 82, 28 v. ἀμείδητος, ubi accedit vocis ἁγίας illustratio; schol. Ap. II 1052 et Mill. p. 248 v. Πλωάδας, ubi multo brevius videtur scholion legisse quam nos[1]; schol. Ap. IV 1490 et Et. M. 571, 45 (add. Mill. p. 208) v. Λυκώρεια, ubi, quae habet etymologus, magis conveniunt cum scholio nostro ad II 711 quam ad ipsum locum propositum IV 1490. Adicio paucos

[1] In Et. M. legitur Πλωάδας, in Laur. πλωΐδας; sed cum in Laur. rasura sit πλωΐ . . δας, videtur subesse scriptura πλωιάδας, quae cum in versum non videretur quadrare, in Laur. correctum est πλωΐδας.

locos, ubi etymologi scholion videtur paulo alius ac nostrum speciei, sed plane eiusdem sententiae fuisse: schol. Ap. I 608 et Et. M. 713, 43 v. Σιντηίδα Λῆμνον; schol. Ap. II 30 et Et. M. 398, 37 v. ἐύστιπτον; schol. Ap. II 218 et Mill. p. 311 v. χραίσμετε; schol. Ap. II 358 et Et. M. 340, 20 v. Ἐνετοί.

III.

Venio nunc ad ultimum disputationis meae locum, ut quaeram, nonne fructus ex Et. M. ad scholia nostra emendanda complenda illustranda capi possit. Sine dubio hoc est opus plenum difficultatum et periculorum. Sane ubi ex Et. M. nihil aliud nisi verbum mutandum vel emendandum est, si inde loco corrupto lux adfertur, non dubitabis emendare. Sed ubi in Et. M. plus legitur quam in scholiis nostris, quamvis bene quadret in conexum, quis demonstrabit recte id esse inserendum in nostram scholiorum recensionem neque hoc interpolare potius esse quam complere? Rarissime accidit, ut illic, ubi Et. M. scholion plenius praebet, in nostris scholiis aliquid desideretur. Quae desunt in nostris scholiis, cum legantur in Et. M., utrum librariorum neglegentia et pigritia sint omissa an ab eo, qui composuit nostram scholiorum collectionem quis diiudicabit? Plerumque hic fieri non poterit, ut certum iudicium feramus. Itaque si in sequenti disputatione saepius Et. M. scholion et nostrum comparavi et adnotavi, quae ex illo adcrescant ad huius doctrinam, nolo hoc sic intellegi, ut illa in nostri scholii conexum necessario recipienda esse videar existimare, sed volo facilius inde cognosci, quae recensio illa, quae tam saepe cum nostra consentit, additamenta continuerit antiquae in Apollonium doctrinae. Qua in re optime fieri potest, ut hic vel ille locus in nostra quoque scholiorum recensione fuerit.

Et in Et. M. inesse nonnulla, quae quamquam desunt in schol. Laur., tamen ad hanc recensionem referenda sunt, demonstrari potest tribus locis, quos hic adiungo. Habemus enim praeter scholia in Apollonium Laurentiana etiam scholia volgata (cf. Brunckii editionem), sine dubio eiusdem recensionis, quod vel ex communi in primo libro lacuna (a. v. 325 ad 401) intellegitur. Quae scholia quamquam plerumque minus vel idem praebent ac Laurentiana, tamen paucissimis locis plura in iis leguntur, et in nonnullis horum locorum Et. M. recensio con-

sentit. Scholii, quod in Et. M. 345, 24 v. ἔντομα legitur in Ap. v. I 587, prima tantum pars inter scholia Laur. exstat, omne etsi paullo alia forma in scholiis volgatis invenitur. In adnotatione ad Et. M. 233, 19 ex cod. V notat Gaisfordius: Γλαύσουσιν· „ἐκ περάτης ἀνιοῦσα, διαγλαύσουσι δ' ἀταρποί“. ἀντὶ τοῦ λάμπουσιν. ἐξ οὗ καὶ γλαυκῶπις. περάτη, νῦν μὲν ἡ ἀνατολή· δύναται δὲ ἐπὶ δύσεως καὶ ἐπ' ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Περάτη λέγεται καὶ τὸ τέλος. Cum prior pars similis sit schol. Laur. in versum propositum I 1280, quae sequitur interpretatio vocis περάτη non convenit cum ea, quae est in cod. Laur., sed cum scholiis volgatis, ubi sic: λέγεται δὲ κυρίως ἡ ἀνατολή. πέρας γὰρ αὕτη τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως. Ἐκεῖθεν γὰρ ἄρχεται καὶ εἰς αὐτὴν τελευτᾷ. Adde huc Et. M. 712, 48 v. Σίκινος, ubi corrupte: Μετωνομάσθη δὲ (sc. Οἰνοίη) ἀπὸ υἱοῦ Θόαντος Σικίνου καὶ νύμφης οἰνοναΐδος (hoc est Οἰνόης ναΐδος), cum schol. Laur. ad I 623 praebeat νύμφης Οἰνώης. schol. volg. Νηΐδος νύμφης.

Primum nunc eos locos profero, quibus in scholiis nostris, cum desit adnotatio, nihil respondet; hos utrum in nostra scholia inserere liceat necne, omnino in medio relinquendum.

Ut alibi scholia nostra non integra esse animadvertimus[1], sic in libri primi scholiis inde a v. 325 usque ad v. 401 magna est lacuna. Quam in codice suo non habuisse etymologum testis est Et. M. 671, 8 (add. Mill. p. 243) v. πήχυιον· οἷον „πήχυιον προὔχοντα περὶ σκαλμοῖς ἀνέδησαν“. οἱ μὲν μικρὸν ἱμαντίδιον τὸ συνέχον τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμόν, ὅπερ Ἀττικοὶ πηχυαλέα (Mill. πηχύαλον) καλοῦσιν. οἱ δὲ τὸ ὄπισθεν μέρος τῆς κώπης, ὅπερ κατέχων ὁ ναύτης κωπηλατεῖ. τὸ δὲ „πήχυιον

[1] Alterius, tertii, quarti libri exstant argumenta, primi frustra quaeres. In scholiis ipsis alii scholiorum loci respiciuntur, quorum nonnullos nunc desideramus: cf. schol. Ap. II 317, II 399 (p. 414, 10 K.), II 672, II 963, II 1242, quae quo referenda sint non reperies. Aliis locis nihil desideratur: schol. Ap. II 178 itemque schol. Ap. II 347 respondent schol. Ap. II 177, schol. Ap. II 1005 spectat ad schol. Ap. II 373, schol. Ap. III 242 ad schol. Ap. III 200, schol. Ap. IV 1002 ad schol. Ap. IV 303. Uno scholiorum loco codicis Laurentiani lectio adversus Merkeli emendationem firmatur. Legitur in schol. ad IV 1175: χερνήσοιο· τὴν χερσόνησον χέρνησον εἴρηκεν ὡς ἐν τῷ πρώτῳ; intellegitur v. I 925: „νέον γε μὲν ἠελίοιο δυομένου Χέρνησον ἔπι προὔχουσαν ἵκοντο“. Sic recte habet cod. Laur., Merkelius autem substituit Χερόνησον, quod ex scholii nostri testimonio reiciemus.

δ' ἄρ' ἔπειτα πέδῳ ἔνι βόθρον ὀρύξας νήησεν σχίζας, ἐπὶ δ' ἀρνειοῦ τάμε λαιμόν“ ἀντὶ τοῦ πηχυαῖόν ἐστιν. Ἀπολλώνιος. Uterque locus Apollonii est, prior I 379, alter III 1207 sq. In Gaisf. Et. M. dicitur pro iis, quae supra ex Millero dedimus: τὸ δὲ „Πήχυιον βόθρον ὀρύξας“ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἀντὶ τοῦ πηχυαῖόν ἐστιν. Hoc ἐν Ὀδυσσείᾳ nisi forte casu nescio quo natum esse mavis, certum est indicium olim Odysseae quoque versum κ 517: „βόθρον ὀρύξαι, ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα“ fuisse adhibitum ad Apollonii posteriorem versum illustrandum. Utrum forma πηχυαλεὺς an πηχύαλον sit recta, iudicare non licet, quoniam haec vox alibi hon exstat.

Mill. p. 294 v. ὑπεροπληέστατον· „Βιθυνὶς Μελίη ὑπεροπληέστατον ἀνδρῶν“ (Ap. II 4). τὸν ὑπερηφανώτατον καὶ βίαιον· χρῶνται δὲ τῇ λέξει Αἰολεῖς καὶ Ἀκαρνᾶνες ἀντὶ τοῦ (excidit aliquid). ὑπεροπλία γάρ· ἡ δὲ Μελία ἀμφίβολον ἢ κύριον ὄνομα τῆς νύμφης ἢ ἐπίθετον. οἱ δὲ Βιθυνοὶ πρότερον Θρᾷκες ἦσαν. Huius interpretationis in nostris scholiis nihil exstat nisi Βιθυνὶς Μελίη· ἄδηλον ποῖόν ἐστι τὸ κύριον et ὑπεροπλέστατον· ὑπερηφανώτατον. Dolendum est locum ne in Et. quidem M. integrum esse; sed certe observatio illa de Aeolum et Acarnanum usu digna est quae notetur. — Et. M. 712, 18: „Σιγύννους ἰθὺς ἀνασχόμενοι“ Ἀπολλώνιος (II 99). Ἀλλαχοῦ μὲν ἀσπιδίσκια μικρά, πελτάρια λεγόμενα. ἐνταῦθα δὲ δόρατα ὁλοσίδηρα. ταῦτα δὲ ἐπεποίητο εἰς θήραν συῶν τὸ παλαιὸν διὰ τὸ ἄγαν θερμὸν καὶ ἰσχυρὸν τοῦ ζῴου. ἔνθεν καὶ σίγυνος εἴρηται, συϊκαινός τις ὤν, ὁ τοὺς σῦς καίνων οἱονεὶ κεντῶν. Καὶ οἱ Κύπριοι τὰ δόρατα σιγύννους φασίν. Scholion illius loci nihil habet nisi hanc ultimam observationem et explicationem rei ἀκόντια ὁλοσίδηρα. Σιγύννους etiam clipeos esse hic tantum et in Zonar. p. 1644 (ed. Tittmann) commemoratur; quam interpretationem etymologus aliunde addidisse videtur. — Et. M. 718, 31 (add. Mill. p. 267) v. σκολιὸν πόρον· „οἱ δ' ὅτε δὴ σκολιοῖο πόρου στεινωπὸν ἵκοντο“. σκολιὸν πόρον λέγουσι τὸν ἀπὸ Βυζαντίου πλοῦν ἕως τοῦ στομίου τοῦ Πόντου, ἔνθα εἰσὶν καὶ αἱ κυάνεαι πέτραι· ἢ διὰ τὸ σκαμβὸν εἶναι καὶ οὐκ ἴσον· ἔοικε τῷ ξ στοιχείῳ καὶ θηρίῳ ἕρποντι. Proponitur Ap. v. II 549, ubi frustra quaeres ullum scholion, nedum quicquam de σκολιὸς πόρος dictum. Verum ne in Et. quidem M. videtur locus incolumis esse: si ἢ illud rectum esse putamus, suspicandum est antea aliam explicationem nominis excidisse.

Et. M. 421, 11 v. Ἠερίη ἡ Αἴγυπτος τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο, ὅτι

τοῖς ἐπ' αὐτὴν πλέουσι κοίλη οὖσα οὐ φαίνεται, πρὶν ἂν σχεδὸν ὁρμισθῶσι, καὶ τότε ὥσπερ ἐξ ὁμίχλης καὶ ἀέρος κεκαλυμμένη φαίνεται. Sequitur Ap. v. IV 267 sq., ubi nullum scholion. Quod in schol. ad I 580, in quo Thessaliae cognomen ἠερίη derivatur a nigro terrae colore, additur: οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἠερίαν φασίν, non impediret, quominus hoc loco hanc interpretationem in scholiis fuisse suspicaremur, quae multo aptior est quam illa; nam saepius videmus aliis scholiorum locis alias sententias probari, quod cum plures sint scholiorum auctores, mirum non est. — Et. M. 95, 3 v. ἀμφιφορίτης, quem locum iam Merkelius viderat scholiorum esse Apollonianorum. Nam quamquam Apollonius ipse in nostro quidem Et. M. non laudatur, tamen dubium non est, quin hoc scholion ad IV 1765 sq. fuerit, et sperare quoque licet ex pleniore Et. M. Apollonii nomen accessurum esse. Vide igitur, quid dicat Apollonius l. l.:

κεῖθεν δ' ἀπτερέως διὰ μυρίον οἶδμα λιπόντες
Αἰγίνης ἀκτῇσιν ἐπέσχεθον· αἶψα δὲ τοί γε
ὑδρείης πέρι δῆριν ἀμεμφέα δηρίσαντο,
ὅς κεν ἀφυσσάμενος φθαίη μετὰ νῆά δ' ἱκέσθαι.
ἄμφω γὰρ χρειώ τε καὶ ἄσπετος οὖρος ἔπειγεν.
ἔνθ' ἔτι νῦν πλήθοντας ἐπωμαδὸν ἀμφιφορῆας
ἀνθέμενοι κούφοισιν ἄφαρ κατ' ἀγῶνα πόδεσσιν
κοῦροι Μυρμιδόνων νίκης πέρι δηριόωνται.

Et nunc lege Et. M. l. l.: Ὅτι ἐν Αἰγίνῃ ἔδραμον περὶ τὴν Ἀσωπίδα κρήνην ὑδρεύσασθαι. ὅθεν καὶ ἀγὼν ἄγεται ἀμφιφορίτης λεγόμενος παρὰ τοῖς Αἰγινήταις, ἐν ᾧ οἱ ἐκεῖσε ἀγωνιζόμενοι τοὺς κεράμους ὕδατος πεπληρωμένους ἀναλαβόντες κατὰ τῶν ὤμων τρέχουσι περὶ τῆς νίκης, φιλονεικοῦντες κατὰ μίμησιν τῶν ἡρώων. Ἀμφιφορεὺς γὰρ σορός, ὑδρία, κέραμος, ἀμφορεύς. Et. M. locus plane intellegi nequit nisi proponuntur Ap. versus; κατὰ μίμησιν τῶν ἡρώων, quaeris quorum? responsum dat Ap. locus. De Asopide Aeginae fonte aliunde nihil constat; sed nomen non est mirum, quoniam Aegina, ex qua insula nominata esse dicitur, Asopi apellatur filia. In schol. Pind. Ol. VII 156 docemur Callimachum quoque in Iambis hoc certamen commemorasse.

Sequuntur nunc loci, quibus cum scholion in cod. Laur. respondeat aut vitium aliquod emendatur aut novum veteris in Apollonium doctrinae frustum accedit.

Et. M. 391, 25 v. εὐθήμονι· „Εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ". εὐποιήτῳ· ἐκ τοῦ θεῖναι τὸ ποιῆσαι. καὶ Πίνδαρος δι' ὅλου θέσιν τὸ ποίημα λέγει. Locus est I 569, ubi scholion idem habet omissa Pindari mentione. Locus Pindari videtur esse Ol. 3, 8, ubi θέσις ἐπέων. Antiquam hanc doctrinam esse testatur Athen. XI p. 501 c: τὸ ποιῆσαι θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέγετο; cf. Et. M. 319, 30 v. ἔθηκε. — In Et. M. 33, 27 v. Αἰθαλίδης recte servatum est γῆν, quod in schol. Laur. ad I 646 propter τὴν articulam praecedentem excidit, sed iam a Keilio recte suppletum est ex hoc loco.

Mill. p. 107 v. Ἐλάρα.

„ὅν ῥ' ἔτεκεν μὲν δῖ' Ἐλάρα, θρέψεν δὲ καὶ ἂψ ἐλοχεύσατο Γαῖα". Φερεκύδης φησίν, ὅτι Ἐλάρα Ὀρχομενοῦ θυγάτηρ ἦν, ᾗ ἐμίγη Ζεύς, καὶ ἀνέθρεψεν αὐτὴν κατὰ γῆς, φοβούμενος τὰς Ἥρας ζηλοτυπίας, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀνεδόθη ὁ Τιτυός· διόπερ καὶ γηγενὴς λέγεται. καὶ ἄλλως. Ἐλάρα ἐκ Ποσειδῶνος ἐγκυμονήσασα τὸν Τιτυὸν καὶ μὴ δυνηθεῖσα ἐπὶ τῆς γαστρὸς βαστάσαι αὐτὸν διὰ τὸ ἄπειρον καὶ μέγα ἔχειν μέγεθος ἀπέθανε καὶ ἐτάφη· ῥαγείσης δὲ τῆς γαστρὸς αὐτῆς λαβοῦσα ἡ Γῆ τὸ βρέφος ἀνέθρεψε καὶ τέλεον γενόμενον ἀπέδωκεν, ὅθεν ἐνομίσθη Γῆς εἶναι υἱός.

Schol. Ap. I 761.

Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Ἐλάρῃ τῇ Ὀρχομενοῦ μιγεὶς ὁ Ζεὺς ὤθησεν αὐτὴν κατὰ γῆν δεδοικὼς τὴν τῆς Ἥρας ζηλοτυπίαν, καὶ ἀνεδόθη ⟨ἐκ⟩ τῆς γῆς Τιτυός· διὸ καὶ γηγενὴς καλεῖται. ἄλλως. Ἐλάρη, μήτηρ Τιτυοῦ, ὃν κυοῦσα (Laur. τεκοῦσα) ἐκ Διὸς καὶ ἀδυνατοῦσα γεννῆσαι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ παιδὸς ἀπώλετο.

Prima commentationis pars congrua est inter Et. M. et schol. (recte Keilius ante γῆς supplevit ἐκ; in Et. M. ἀνέθρεψε falsum est pro ὤθησε ortum ex eo quod infra est ἀνέθρεψε), altera autem in Et. M. plenior est. Hinc iam Keilius recte quod Laur. habet τεκοῦσα emendavit in κυοῦσα quod nunc Et. M. lectione firmatum videmus; Ποσειδῶνος illud utrum errori debeatur an altera scholii Et. M. pars, cum Neptunum Tityi patrem nominaret, aliam secuta sit fabulae versionem, in medio relinquendum est.

Et. M. 655, 45 v. παστάς.

παστάς, ἣν ἡμεῖς παστάδα (sic. codd., προπαστάδα proposuit Gaisf.) λέγομεν· καὶ εἴρηται οὕτως διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἡμᾶς σιτεῖσθαι, παρὰ τὸ πάσασθαι. Ἀπολλώνιος (Mill. p. 237 add. v. I 789: „καλῆς διὰ παστάδος εἶσεν ἄγουσα").

Schol. Ap. I 789.

„καλῆς δι' ἀναστάδος"· ἣν ἡμεῖς προστάδα (sic Laur. Keilius scripsit παστάδα) λέγομεν. εἴρηται δὲ οὕτως διὰ τὸ ἐν αὐτῇ σιτεῖσθαι ἡμᾶς οἱονεὶ πάσασθαι.

Subest hic difficultas: in Apollonii versu et scholii lemmate cod. Laur. praebet καλῆς δι' ἀναστάδος, quod verbum cum nusquam alibi prodeat et reiciatur Et. quoque M., una littera mutata ex διὰ παστάδος corruptum esse facile cognoscitur, et sic recte Merkelius posuit in editione sua. In scholio autem genuinum servavit cod. Laur., in quo legitur προστάς, quod Keilius mutavit in παστάς (vocem προστάς a scholiis non alienam esse monstratur schol. ad I 1174). De significatione verborum παστάς et προστάς vide, quid dicat Vitruvius VI 7, 1: „hic locus apud nonnullos prostas, apud alios pastas nominatur", quod idem traditur in Et. M. 688, 35 v. πρόδομος. Nec potest dubium esse quin idem in scholio nostro significetur. Sed omnium adhuc emendationum causa fuit ea, quod veriloquium non videbatur quadrare in verbum praecedens προστάς. At quae causa est cur hoc ad προστάς potius quam ad παστάς referamus, quamquam hoc primum tenet locum? Praeterea nonne esset mirum, si verbi non a poeta positi, sed in scholiis interpretationis causa prolati veriloquium daretur? Itaque legendum est in versu Apollonii καλῆς διὰ παστάδος et in scholio ἣν ἡμεῖς προστάδα λέγομεν.

Et. M. 147, 29 v. ἀροτρεύς (cf. Mill. p. 45, qui rectum lemma servavit ἄροσιν) hic insero, quamquam nihil adfert ad scholia emendanda, sed insigni exemplo est, quo demonstretur quem mirum in modum auctorum nomina nonnumquam corrupta sint. In scholio ad I 826 legitur: Διονυσοφάνης δὲ βόθρον φησὶν εἶναι ἐν τῇ Θρᾴκῃ κτλ.; apud Mill. l. l. nomen abiit in Διοφάνης et φησίν excidit; in Et. M. denique nomen plane evanuit; habemus: Διὸ φασὶ καὶ βόθρον εἶναι ἐν Θρᾴκῃ. — Et. M. 2, 11 v. Ἀβαρνίδα, quem locum iam supra p. 6 sq. alia de causa cum scholio ad I 932 comparavimus; restat ut fructum ad scholion emendandum inde capiamus. Primum apparet

pro τὸ ἐξ αὐτῆς κυοφορούμενον cum Et. M. legendum esse τὸ ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον (sc. ἐκ Διονύσου); cf. Lucian. Dial. Deor. 1, 2, ubi Prometheus Iovi dicit: ἣν γὰρ αὕτη (ἡ Θέτις) κυοφορήσῃ ἐκ σοῦ. P. 357, 3 Keilius lacunam suspicatur in scholio esse, in qua Priapi nominis veriloquium excidisse arbitratur; sed puto quod legitur in cod. Laur. ἐκ τοῦ nihil aliud esse nisi illud καὶ τοῦτον, quod praebet Et. M., propter compendium scripturae a librario non intellectum. Sine dubio illud quoque verbum, quo Priapi deformitas tam bene illustratur, βαθυαιδοῖον, in scholion inserendum est[1].

Ex Et. M. 673, 43 v. Πιτύεια, ut iam Keilius recte vidit, in schol. ad I 933 (quem versum Mill. p. 246 addendum esse scribit) post ὀνομάζουσι complendum est διὰ τὸ ἔχειν πίτυς πολλάς. — Apud Mill. p. 315 v. ὦλλοι (cf. Et. M. 821, 39 ubi loci omissi sunt) adferuntur Ap. v. I 1081 et I 998 scholio prioris loci adscripto, unde supplendum videtur: διόπερ Ζηνοδότῳ μέμφονται εἰπόντι δεῖν ἀναγινώσκειν „ὦλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες". Cf. schol. AB Il. B 1. — Et. M. 808, 35 v. χέραδος, qui locus, quamquam Apollonius non nominatur, tamen inde a v. χεράδες λέγονται ex scholio ad I 1123 sumptus est, ut apparet ex consensu. Recte habet Et. M. pro „οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων" „οἱ σωροὶ τῶν λίθων τῶν μικρῶν". Sapphus versus, qui in Laur. sic legitur: „μὴ κενὴ χέραδος", in Et. M. „μὴ κίνει χεράδας", brevior est quam ut certo emendari possit; veri autem simile est quod scripsit Ahrensius: „μὴ κίνη χέραδος" (cf. Bergk poet. lyr. III p. 127).

In Et. M. 465, 26 v. Ἰδαῖοι adponuntur Ap. versus I 1129—1131; deinde pergitur in hunc modum: εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα· διὸ καὶ Δάκτυλοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων δακτύλων· ἢ ἐπειδὴ ἐν τοῖς δακτύλοις ἐρρίφησαν. Ἰδαῖοι δέ, ἐπειδὴ ἐν Ἴδῃ ὄρει τῆς Κρήτης ἐγεννήθησαν· ἢ ὅτι ἡ κόνις ἣν ἔρριψαν ἐξ Ἴδης τοῦ ὄρους ἦν. Στησίμβροτος δὲ ἐν τῷ περὶ Τελετῶν Διὸς καὶ Ἴδης νύμφης αὐτοὺς λέγει. φησὶν ὅτι Ζεὺς ἐκέλευσε τὰς ἰδίας τροφοὺς λαβεῖν κόνιν καὶ ῥῖψαι εἰς τοὐπίσω· καὶ ἐκ τῆς κόνεως γενέσθαι τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους. Ἀπολλώνιος Ἀργοναυτικοῖς. Primam huius adnotationis partem etymologus videtur composuisse ex veriloquiis quae ei praebebat scholion loci quem attulit. Quae autem sequuntur magnae

[1] Tzetz. ad Lycophr. 831 hunc locum exscripsit ex Et. M., sed nota neglegentia Priapum Adonidis filium fecit.

sunt difficultatis. Stesimbrotus enim primum hic dicitur docuisse Iovis et Idae nymphae filios esse Idaeos, deinde vero ex pulvere iussu Iovis a nymphis iacto esse ortos. Haec discrepantia removeri non potest nisi ante φησὶ suspicamur alius auctoris nomen excidisse. Hoc vero non convenit, ut videtur, cum scholio nostro, quod testatur Apollonium Rhodium sequi Stesimbrotum, cum narret, ὅτι νύμφη τις Οἰαξίδος γῆς δραξαμένη τοὺς καλουμένους Ἰδαίους Δακτύλους ἐποίησε, quod qui de hoc loco egit Lobeckius in Aglaophamo p. 1158 sq. intellegit de Idaeis ex pulvere a nymphis iacto ortis dictum esse. Sed vide nonne nihilominus scholion cum Et. M. convenire possit. Nam quis cogit illud, quod de nympha dicitur, sic intellegere, ut ex pulvere ab ea iacto Idaeos ortos nec naturae via, cum nympha, ut est mos parturientium, terram captaret, natos esse existimemus? Et potest sine difficultate sic Apollonii quoque versus intellegi et intellectus est a scholiasta ad v. 1131. Quae vero in scholio post Stesimbroti nomen sequuntur pertinentia ad veriloquium vocis Δάκτυλοι a digitis derivati, per quos pulvis iactabatur, non iam referenda sunt ad praecedentia, quod recte vidit Keilius, qui ante haec lacunam statuit. Et quae supra suspicati sumus de Stesimbroti narratione, confirmantur eo quoque, quod in scholio dicitur: ὅτι δὲ νύμφη τις κτλ., quoniam Apollonius et Stesimbrotus non idem nomen nymphae illius habent, cum hic secundum Et. M. Ἴδην, ille Ἀγχιάλην eam vocaverit. Itaque sic fere scholion nostrum ex Et. M. et scholii ipsius significationibus restituerim: Ὅτι δὲ νύμφη τις Οἰαξίδος γῆς δραξαμένη τοὺς καλουμένους Ἰδαίους Δακτύλους ἐποίησε (quae verba Apollonii versus paraphrasis), παρὰ Στησιμβρότου εἴληφεν, ⟨ὅς ἐν τῷ περὶ Τελετῶν Διὸς καὶ Ἴδης νύμφης αὐτοὺς λέγει .... (excidit nomen auctoris et δέ) φησιν, ὅτι Ζεὺς ἐκέλευσε τὰς ἰδίας τροφὰς λαβεῖν κόνιν καὶ ῥῖψαι εἰς τοὐπίσω· καὶ ἐκ τῆς κόνεως γενέσθαι τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους· ὅτι δὲ ἡ κόνις, ἣν ἔρριψαν (sic etiam intellegitur subiectum desse in Et. M., quod prius difficultates paravit), ἐξ Ἴδης τοῦ ὄρους ἦν, Ἰδαίους⟩, καὶ ὅτι διὰ τῶν χειρῶν διερρίφησαν (sic lego pro διερρύησαν), Δακτύλους κληθῆναι.

Et. M. 328, 22 v. ἑλεσπίδας: paulo plenior hic locus est quam scholion ad I 1266, qui versus adicitur in Et. M.; adde hinc post οἱ μὲν συμφύτους τόπους interpretationem: οἱ δὲ τοὺς ⟨ἑλώδεις· ἄμεινον δὲ⟩ τοὺς λεπώδεις. — In Et. M. 680, 21 v. πολιοί propositis versibus Ap. II 123 et 124 (quos addidit

Mill. p. 250) docemur de nova lectione: γράφεται καὶ „πελειοί“ (leg. πελιοί); deinde scholion ad locum nostrum exscribitur, quod quamvis vitiis deforme in Et. M. cum nostro scholio plane convenit. Quae sequitur interpretatio lupos habere crines trium colorum, infra albos, in medio nigros, supra fulvos, hic igitur dictum esse lupum ex infima parte, unde hanc sumpserit etymologus nescio. — Et. M. 395, 37 v. „εὐρίνων κυνῶν“ καὶ „σκυλάκων“. Prima interpretationis pars in scholiis inest ad v. II 125, quem versum in Et. M. respici elucet ex Mill. p. 135, qui pleniorem praebet versum. Deinde sequitur in Et. M.: καὶ Ξενοφῶν ἐν τῷ Κυνηγετικῷ (4, 6) κελεύει κύνας ἐκλέγεσθαι εὔρινας, ἵνα ὀσφραίνωνται τοὺς λαγωούς. Καὶ Νίκανδρος „Ἄρτεμις εὐρίνων ἑσμὸν ἄγει ⟨σκυλάκων⟩“. Ἀπολλώνιος. Haec quoque verba quin ex scholiis hausta sint dubium esse non potest; Nicandri autem versum aliunde non novimus, in quo, quod in fine legitur σκυλάκων, cum desit in codicibus, Sylburgius recte supplevit ex Et. M. lemmate. — In Et. M. 204, 50 v. βομβηδόν adponuntur Ap. versus II 131 et 133 exscribiturque scholion ad hunc locum; quod in cod. Laur. legitur βοξύνου, in Et. M. βοξύνης, disceptari nequit, utrum sit rectum, quia de hoc apis nomine aliunde nihil constat; sed non licet βομβυλιοῦ substituere, quod suspicatus est Keilius. — Et. M. 689, 13 v. Προικόννησος, quem locum iam supra p. 15 commemoravimus convenire cum schol. II 279. Restat, ut inde in scholio nonnulla emendemus. In Laur. legitur: Διονύσιος ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς κυήσεσιν; hoc recte secundum Et. M. in κτίσεσιν iam correctum est. Deinde habemus in scholio: καθὸ πρότερον οὖσα νῆσος ὑπό τινων προσεχώσθη; in Et. M. recte exstat ὕστερον; quod autem in cod. Laur. inest ὑπό τινων, huc irrepsit ex initio sequentis enuntiati: ὑπό τινων δὲ Προκόννησος καὶ Ἐλαφόνησος ἐκλήθη. Ἀδελφόνησος, quod habet Et. M. pro Ἐλαφόνησος, corruptum esse demonstratur cum Plin. n. h. V 32, 151 tum Et. M. cod. Flor., in quo est Ἐλαφόνησος (cf. Mill. p. 254). — Et. M. 75, 26 v. ἁμαδρυάδες et schol. Ap. II 477, ubi de Rhoeco Cnidio ab hamadryade caecato agitur, quae narratio etiam in schol. ad Theocr. III 13 profertur, mirum in modum congruunt; uno autem loco comparatis scholio et Et. M. ex utroque sic composuerim: ὡς δὲ ἐκεῖνος ἠξίου ξυγγενέσθαι αὐτῇ, ἐπιζήμιον μὲν ἔλεγεν εἶναι τοῦτο, ὅμως δὲ ὑπέσχετο δοῦναι· φυλάξασθαι μέντοι γε ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν παρήγγειλεν.

Et. M. 710, 22 v. Σείριος (cf. Mill. p. 264).

„ἦμος δ' οὐρανόθεν Μινωίδας ἔφλεγε νήσους". Μινωίδας λέγει τὰς Κυκλάδας νήσους ἀπὸ τοῦ Μίνως. Σείριος δὲ ὁ κύων ἐστὶν ἀστήρ· καὶ εἴρηται παρὰ τὴν ζέσιν ζέριος· ἢ παρὰ τὸ ἐκκενοῦν ἡμᾶς ἱδρῶσι ῥεομένους. σειρεῖν γὰρ τὸ ἀποκενοῦν λέγεται. ἢ παρὰ τὸ σεσηρέναι σέριος καὶ σείριος. τοὺς γὰρ κύνας διαχάσκειν τότε ποιεῖ· ἢ παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω εἴριος καὶ σείριος. λέγει γὰρ καὶ μηνύει ἡμῖν τὸν καιρὸν τοῦ θέρους. ἔνιοι δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια καλοῦσι, τείρεα ὄντα καὶ σημεῖα τῶν πλεόντων. Ὁ δὲ Ἀντίμαχος Σείρινα τὸν Δία ἔφη διὰ τὸ ἄστρον.

Schol. Ap. II 517.

Σείριος· ἤτοι παρὰ τὴν ζέσιν ζείριος καὶ σείριος. ἢ παρὰ τὸ ἐκκενοῦν ἡμᾶς ἱδρῶσι ῥεομένους· σηροῦν γὰρ τὸ κενοῦν. ἢ τοῦ σεσηρέναι αἴτιος· τοὺς γοῦν κύνας διασεσηρέναι καὶ χάσκειν ποιεῖ. ἢ παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ πάλλεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ἄστρα σείρια καλοῦσιν, οἷον τείρεά τινα ὄντα καὶ σημεῖα τῶν πλωιζομένων. οἱ μέντοι ἀστρολόγοι τοὺς ἐν κινήσει ὄντας ἀστέρας σειρίους καλοῦσιν.

Accedit in Et. M. veriloquium a voce εἴρω, quod non est in scholio; deinde testimonium petitur ab Antimacho, qui dicitur Iovem „Σείρινα" appellavisse: temptavere alii σειρῆνα, alii σείριον, sed cum fragmentum nimis sit exiguum cumque hic tantum legatur, certius aliquid statuere nobis non licet. In scholio pro σηροῦν σειροῦν scribendum est, quam formam veriloquium postulat quaeque confirmatur loco Hippocr. vol. I p. 127 Kühn. Quod dicitur de Minois insulis, ex schol. ad v. II 516 sumptum est, qui versus etiam proponitur; ipsius autem Sirii nomen, a quo sequens Ap. versus incipit, quamquam ob eum locus exscriptus est, intercidit, ut saepenumero factum est.

Et. M. 197, 56 v. Βιστονίη· „Βιστονίη φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς". Θρᾳκικῇ. ἀπὸ Βίστονος τοῦ Τερψιχόρας. [Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά add. Mill. p. 65]. Idem praebet scholion ad locum qui affertur II 704 excepto eo quod Biston Ciconis filius, non Terpsichorae nominatur. (In Et. M. codice legitur Τερψιχώρου, quod sine dubio recte a Sylburgio correctum est in Τερψιχόρας). Apud St. B. v. Βιστονία Bistonis parentes Mars seu filius eius Paeon et Callirrhoe nominantur. Fortasse quod Et. M. et schol. nostrum tradunt, sic est coniungendum, ut suspicemur Ciconem patrem, Terpsichoram matrem

Bistonis illius fuisse, quod iam Sturzius suspicatus est, praesertim cum Ciconis pater Apollo Musarum dux fuerit (cf. Et. M. 513, 37) cumque etiam Thracia, Musarum terra, optime conveniat. In catalogo eorum, qui Musis nati sunt (vide schol. A Il. K 435), Bistonis nomen non invenitur. — Et. M. 655, 4 v. Παρνασός (add. Mill. p. 237) et Et. M. 676, 5 v. Πλειστοῖο: in priore loco adponitur v. II 705, in altero v. II 711; in illo exscripta est pars scholii ad II 711 et 706, in hoc pars scholii ad II 711. Ad ea, quae in scholio nostro de Πλεῖστος flumine dicuntur, additur Herodiani sententia, qui ἐν τῇ καθόλου Πλεῖστος βαρύνει, cum alii scribant Πλειστός, propterea quod sic incolae pronuntient. In scholio ad II 706 pauca adiciuntur de Delphyne; dicitur de hoc et in scholio et in Et. M.: Δελφύνης δὲ ἐκαλεῖτο ὁ φυλάσσων τὸ ἐν Δελφοῖς χρηστήριον (sc. δράκων). Additur in Et. M.: τοῦτον ἐφόνευσεν ὁ Ἀπόλλων θελήσαντα ἐπελθεῖν καὶ ἐπιχειρῆσαι ἀθ.... Λητώ; sic legit Millerus in cod. Flor., corrigit ἀθανάτῳ τῇ Λητοῖ; num recte dubito: fortasse cod. Vat. rectum dabit. Delphynes idem est ac Python draco, quem ab Apolline, quia Latonam persequebatur, interfectum esse tradunt; cf. Clearch. ap. Ath. XV 701c, Liban. narr. 19. — Mill. p. 265 v. Σήσαμοι καὶ Ἐρυθῖνοι χωρία Παφλαγονίας· οὓς Ἐρυθίνους φησὶν Ἀντίμαχος διὰ τὴν ἐρυθρότητα καὶ διὰ τὴν τοιαύτην χροίαν. Significatur Ap. v. II 941, ubi scholion similia praebet, sed multo accuratius; dest autem Antimachi testimonium. Illud καὶ διὰ τὴν τοιαύτην χροίαν post διὰ τὴν ἐρυθρότητα supervacaneum est, sed intellegitur ex eo, quod in scholio legitur: οὕτω δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐρυθρότητα τοῦ χρώματος· εἰσὶ γὰρ τοιοῦτοι. — Et. M. 566, 29 v. λιμενηόχον· „γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἔκαθεν λιμενηόχον ἄκρην" (quem locum addit Mill. p. 206). ἡ Ἡράκλειος ἄκρα· ἐπειδὴ τοῖς πλέουσιν ἀπὸ Σινώπης μέχρι Τραπεζοῦντος τῆς Κολχικῆς ἐπὶ τρισχιλίους σταδίους (λιμὴν supple ex scholio) ἄλλος οὐχ ὑπόκειται πλὴν τοῦ κατὰ τὸν Ἡράκλειον κόλπον. Recte promunturium illud nominatur Ἡράκλειος ἄκρα, quod in nostro scholio ad II 965 non exstat. Praeterea necesse est cum Et. M. inseri τοῖς πλέουσι, quod dest in scholio, et pro ἀπὸ τρισχιλίων σταδίων, ut legitur in scholio, scribi ἐπὶ τρισχιλίους σταδίους.

Et. M. 675, 34 v. Πλειάς (add. Mill. p. 247).

Ὡς ἐκ πλειόνων ἀστέρων οὖσα. Πλειὰς ἀπὸ τῆς Πληιόνης, θυγατρὸς μὲν Ὠκεανοῦ, γυναικὸς δὲ Ἄτλαντος. λέγει δὲ Πίνδαρος περὶ τοῦ καταστερισμοῦ αὐτῶν, ὅτι τῆς Πληνιόνης πορευομένης μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν συναντῆσαι αὐτῇ Ὠρίωνα· εἶτα ἐρασθεὶς ὥρμησε πρὸς τὸ ἁρπάσαι. τὴν δὲ φεύγουσαν μετὰ τῶν θυγατέρων Ὠρίων ἐδίωκε· γενέσθαι δὲ αὐτῶν τὸν δρόμον πέντε ἔτη ἀδιάλειπτον· τὸν δὲ Δία διὰ τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν οἱονεὶ μνήματα κατηστερίσθαι τὰς Πλειάδας φευγούσας τὸν Ὠρίωνα, ὅς ἐστιν ἐνιαυτός. σημαντικαὶ δὲ καὶ θέρους καὶ χειμῶνος αὗται. Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά. ὁ δὲ Ὧρος παρὰ τὸ πλεῖον κτλ.

Schol. Ap. III 225.

αἱ δὲ Πληιάδες Πληιόνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἄτλαντος, ὥς μέν τινες, ἀπὸ τῆς μητρὸς ἔσχον τὴν ἐπωνυμίαν. ἢ μᾶλλον παρὰ τὸν πλειῶνα, ὅ ἐστιν ἐνιαυτός. σημαντικαὶ γὰρ αὗται καὶ χειμῶνος καὶ θέρους. αὗται δὲ τὴν ἐναντίαν ἀεὶ πορείαν ποιοῦνται τῷ Ὠρίωνι. συναντῆσαι γὰρ λέγεται τῇ Πληιόνῃ μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν, καὶ εἰς ἔρωτα ταύτης ἐμπεσὼν ἐδίωκεν, ἡ δὲ ἔφευγεν. γενέσθαι δὲ τὸν δρόμον αὐτῶν φασιν ἀδιάλειπτον, καὶ οὕτω καταστερισθῆναι τὰς Πληιάδας τὸν Ὠρίωνα φευγούσας.

Etymologus alio ac scholiasta ordine res profert, quem sine dubio in codice suo invenit. Submoventur comparatione nonnulla vitia et in scholio et in Et. M. Legitur in scholio: Πληιόνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἄτλαντος, quod omni sensu caret; recte Et. M.: Πληιόνης, θυγατρὸς μὲν Ὠκεανοῦ, γυναικὸς δὲ Ἄτλαντος (cf. Apollodor. bibl. 3, 10, 1). Deinde dicitur in Et. M., per quinque annos Orionem persecutum esse Pleiadas, priusquam in astris collocarentur, cuius temporis in scholio quod nunc est mentio non fit; cf. Hygin. poetic. astron. II 21, qui septem annos Orionem eas persecutum esse narrat. Tertio docemur Pindarum, cuius nomen in nostris scholiis iam non prodit, sed manifesto latet sub illo λέγεται et φασιν, de Pleiadum fuga haec dixisse, quod confirmatur etiam schol. Pind. Nem. II 16. Quod in Et. M. legitur: τὸν Ὠρίωνα, ὅς ἐστιν ἐνιαυτός, apparet ex scholiis sic corrigendum: τὸν Ὠρίωνα· ἢ παρὰ τὸν πλειῶνα, ὅ ἐστιν ἐνιαυτός, ubi propter terminationem eandem hoc vitium facile nasci potuit.

Et. M. 173, 16 v. αὐτόγυον.

„Πρὸς δὲ καὶ αὐτόγυον στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον ἤλασεν, Ἠελίῳ τίνων χάριν“. δύο εἴδη εἰσὶν ἀρότρων. καὶ τὸ μὲν καλεῖται πηκτόν, τὸ δὲ αὐτόγυον. καὶ τὸ μὲν ἐκ συμβολῆς ξύλων ἔχον τὸ ἔλυμα καλεῖται πηκτόν, τὸ τὸν γύην προσπεπηγότα ἔχον. τὸ δὲ ἐξ ἑνὸς ξύλου ἔχον τὸ ἔλυμα καλεῖται αὐτόγυον. τὸ δὲ ἔλυμα ξύλον ἐστίν, εἰς ὃ ἡ ὕνις σιδηρᾶ οὖσα ἐντίθεται καὶ τὴν γῆν σχίζει. ὃ δὲ κρατεῖ ὁ ἀρῶν καλεῖται ἐχέτλη. Τὸ δὲ διὰ τοῦ ἐλύματος διαβεβλημένον ξυλάριον, εἰς ὃ ἡ ἐχέτλη καθίεται, ἀλύη. τὸ δὲ ξύλον τὸ ἀπὸ τούτου γινόμενον ἐπὶ τοὺς βοῦς γύης, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ γύου εἰς τὸν ζυγὸν ἱστοβοεύς. τοῦ δὲ ζυγοῦ τὰ τιθέμενα ἐπὶ τοὺς αὐχένας τῶν βοῶν οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ βοείας, οἱ δὲ μέσσαβα καλοῦσιν. [Οὕτως σχόλιον εὗρον εἰς τὰ Ἀργοναυτικά add. Mill. p. 54].

Schol. Ap. III 232.

„πρὸς δὲ καὶ αὐτόγυον στιβαροῦ“. δύο ἀρότρων εἰσὶν εἴδη, τὸ μὲν πηκτόν, τὸ δὲ αὐτόγυον. πηκτὸν μὲν τὸ ἐκ συμβολῆς ἔχον τὸ ἔλυμα. ἔστι δὲ τὸ ἔλυμα, ἐν ᾧ ἡ ὕνις ἐντίθεται. τὸ δὲ ξύλον τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλύματος τεῖνον ἐπὶ τοὺς βόας γύης καλεῖται, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ γύου ἱστοβοεύς. τοῦ δὲ ζυγοῦ τὰ ἐπὶ τοὺς αὐχένας τῶν βοῶν ἐπιτιθέμενα οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ μέσσαβα λέγουσιν. τὴν δὲ κατασκευὴν τῶν ἀρότρων Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἀρχιτεκτονικῷ καταγράφει.

Apparet quantopere in nostris scholiis locus sit decurtatus. Quae vero nova accedunt optimae esse doctrinae testis est Pollux in Onom. I 252, ubi de aratri generibus et constructione similem in modum atque hic agitur omniaque vocabula propria eodem atque hic sensu explicantur, ut verisimile fiat Polluci eundem fontem subesse quem Apollonii scholio, Eratosthenis Architectonicum.

Et. M. 213, 49 v. Βριμώ· ἡ Περσεφόνη· ἡ δὲ αὐτὴ λέγεται καὶ Ἑκάτη. Ἀπολλώνιος „Βριμὼ νυκτίπολον χθονίην ἐνέροισιν ἄνασσαν“. Ἑρμῆν ἐρασθέντα ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιούσῃ θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι, ἡ δὲ ἐνεβριμήσατο αὐτῷ· ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπετράπη. καὶ ἐντεῦθεν Βριμὼ προσηγορεύθη. Idem habet Tzetz. ad Lycophr. 698 et 1176, sine dubio ex Et. M. sumptum. Scholion nostrum ad locum qui in Et. M. adponitur (III 862) alia veriloquia praebet; sed quin hoc quoque prius inter illa fuerit, quamquam in nostrum scholion inseri iam non potest,

equidem non dubito. De hoc Mercuri in Proserpinam impetu excepto hoc loco paene nihil nobis traditum est; videtur de hoc in mysteriis Samothraciis narratum fuisse, ut Lobeckius in Aglaoph. p. 1213 arbitratur. Attingitur res in Prop. II 2, 11 et Cic. de nat. deor. III 22, 56 (cf. Herod. II 51). Eodem atque hic vocis Βριμώ ab ἐνεβριμήσατο veriloquio in adnominationem utitur Lucian. Necyom. 20. — Et. M. 697, 50 v. πυρόεις: „πυρόεις ἀπολάμπεται ἀστήρ“. Ἀπολλώνιος. ὅτι ὁ ἀστὴρ ὁ Ἄρης ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Ἄρης λέγεται, ὑπὸ δὲ Αἰγυπτίων καὶ ἀστρονόμων Πυρόεις, ὑπὸ δὲ Χαλδαίων Ἡρακλῆς. περὶ παθῶν. Locus est III 1377, ubi in scholio idem invenies excepto eo quod adicitur ab Aegyptiis et astronomis hanc stellam dictam esse Πυρόεντα. Recepit etymologus variam lectionem in scholio notatam ἀπολάμπεται pro ἀναπάλλεται, quod habet Laur. Illud autem περὶ παθῶν, quod in fine exstat quoque Herodiani liber notatur, certe falsum est: ex sequenti lemmate huc irrepsit, praesertim cum in nonnullis codicibus illic legatur. — In Et. M. 706, 19 v. ῥυμβόνες (cf. Mill. p. 262) accedit ad scholii in Ap. IV 143, qui non omittitur, interpretationem non inepta serpentium motus circumscriptio (οἱονεὶ τὰς κοτυλώδεις καμπάς). — In Et. M. 807, 44 v. χαῖος, quamquam scholii ad Ap. IV 972 summa tantum exstat, tamen tertiam, quam in nostris scholiis non invenimus, accipimus vocis χαῖος interpretationem: οἱ δὲ λαγωβόλον. — Et. M. 214, 10 v. βρίμη ad verbum convenit cum schol. ad Ap. IV 1677, qui in Et. M. adponitur. Hoc unum in Et. M. recte suppletur et in scholion quoque revocandum est, quod post ὅθεν ῥηματικὸν ὄνομα βρίμη inseritur βαρύνεται; nam cum sequatur: τὰ γὰρ εἰς $\overline{\mu\eta}$ λήγοντα καὶ ἑνὶ φωνήεντι παραληγόμενα βαρύνεται, sic demum illud γὰρ recte intellegi potest. Valde autem dolendum est, quod etymologus nos deserit in emendando illo verbo, ubi Laur. quod esse nequit praebet κρήνη, pro quo Meinekius proposuit χρήμη, Lobeckius λήμη.

Hi sunt loci Et. M., unde fructum aliquem nostris scholiis Apollonianis accedere iudicavi. Veri est simile, si quando Reitzensteini Et. M. in lucem prodierit, fore ut numerus eorum satis augeatur. Sed quod gravius est, tunc de Et. M. fontibus certius quam nunc statui poterit meliusque licebit diversa scholiorum Apollonianorum in Et. M. genera discernere, quae partim ab ipso etymologo exscripta, partim aliis ex fontibus recepta esse initio commentationis monstravimus.

Vita.

Natus sum Fridericus Berckmann Coloniae Agrippinae die XVI mensis Martii a. h. s. LXX patre Iacobo, quem adulescentulo mihi morte ereptum esse doleo, matre Iacobina de gente Ahl. Fidem profiteor evangelicam.

Elementis litterarum imbutus vere a. LXXX in gymnasium Fridericium Guilelmium Coloniense me contuli, cuius discipulus fui per quattuor annos et semissem. Deinde postquam parentes mei Francofurtum ad Moenum transmigravere, illic gymnasii urbani fui discipulus; ibi quos habui praeceptores in me benevolentissimos, praecipue Carolum Reinhardt, cuius sub auspiciis floret gymnasium, Alexandrum Riese, Henricum Iungblut, grata semper tenebo memoria.

Vere a. LXXXIX maturitatis testimonio instructus in hanc academiam veni, ibique usque ad hunc diem studio litterarum Graecarum, Latinarum, Germanicarum operam dedi. Docuere me v. cl. Bender, Brinkmann, Buecheler, Elter, Franck, Iacobi, Klein, Litzmann, Loeschcke, Menzel, I. B. Meyer, Neuhaeuser, Nissen, Usener, Wilmanns. Buecheleri, Elteri, Useneri beneficio in seminarium regium philologicum receptus sum, cuius sodalis fui per bis sex menses. Wilmannsi gratia factum est, ut in seminarium regium Germanicum admitterer. Exercitationibus epigraphicis ut interessem, benigne concessit Buecheler. Quibus viris omnibus gratiam habeo maximam; praecipue vero Buecheleri, Elteri, Useneri memoriam pio semper colam animo.

Sententiae controversae.

1. Schol. Thuc. I 112, 5 (p. 33, 41 Haase): ὅτι εἴκοσι δύο πόλεις ἦσαν Δελφικαί, ὧν μία ἦν οἱ Δελφοί. Scribendum est Φωκικαί.

2. In schol. Ap. Rhod. I 117 duo nominis Ἀσωπός flumina commixta sunt.

3. Schol. Ap. Rhod. I 224: ὁ δὲ δεξάμενος τὸν Πηλέα ὡς ἐπὶ θήραν εἰς τὸ Πήλιον κατέλειψεν, ἵνα ὑπὸ θηρίων διαφθαρῇ. Post Πήλιον lacunam statuo.

4. In schol. Ap. Rhod. I 269 hic verborum ordo est restituendus: καὶ γὰρ ἡ γραῦς τὴν κόρην ἀνατρέφει, ὡς ἡ μήτηρ ⟨ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τρέφεται⟩. καὶ γὰρ τὸ γῆρας καὶ ἡ βραχεῖα ἡλικία παρεοίκασι πρός τε τὸ ἀφερέπονον διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ πρὸς τὸ χρῄζειν τῆς τρεφούσης.

5. Schol. Ap. Rhod. IV 1002: οἱ δὲ διὰ τῶν Κυανέων νήσων τὸν ἔκπλουν ποιησάμενοι Κόλχοι κατήντησαν εἰς τὴν Κέρκυραν νῆσον. Pro νήσων legendum est πετρῶν.

6. Erravit Bergkius Mus. Rhen. I p. 360, cum existimavit Sophoclem, qui in schol. Ap. Rhod. II 178 commemoratur, grammaticum esse huius nominis.

7. Apollon. Soph. lex. Hom. v. κελσάσῃσι (p. 97, 25 ed. Bekker): κελσάσῃσι, ὁρμηθείσαις· „κελσάσῃσι δὲ νηυσὶ καθείλκομεν ἱστία πάντα“. Propono ὁρμισθείσαις.

8. Ibidem v. κῶμα (p. 106, 10 B.): κῶμα, κώμημα, ὕπνος. Κώμημα mutandum est in κοίμημα.